

LA PALA VIMERCATI DI GIOVANNI CARIANI
E IL SUO COMMITTENTE
DOCUMENTI INEDITI

La ricerca in archivio è il momento più significativo per poter indagare e quindi conoscere una serie di piccoli e grandi fatti che aiutano a delineare la vita di un personaggio vissuto diversi secoli fa.

La soddisfazione più grande è imbattersi casualmente in un documento che, fornendo una serie di notizie, fa sì che una figura rappresentata in un dipinto, magari il committente dell'opera, da muto quale era cominci ad assumere un'identità parlando di se stesso, permettendo così, non solo di tracciare la sua storia, ma anche di entrare nei significati più nascosti del dipinto.

A tal riguardo crediamo possa interessare a molti la trascrizione con relativo regesto, di una sentenza arbitrale, di un primo e di un secondo testamento con codicillo annesso, rogati dal notaio cremasco Angelo Francesco Calcinati, per conto di Ottaviano Vimercati, nobile cittadino di Crema, ivi vissuto, tra il XV e il XVI secolo¹.

Gli atti notarili seguenti sono conservati a Lodi, nell'Archivio Notarile, depositato presso la Biblioteca Comunale Laudense.

1. La prima parte di questa ricerca è stata pubblicata, con lo stesso titolo, in «Insula Fulcheria», XXI - 1991, pagg. 9-30.

NOTE

Il secondo testamento con il relativo codicillo è l'unico documento che ha la numerazione originale; si è provveduto a dare lo stesso tipo di numerazione al primo testamento e alla sentenza arbitrale.

Nello scioglimento dell'abbreviazione per contrazione p(tius) si opta per «predictus» pur essendo presente nel testo anche «prefatus».

// Le due barrette oblique indicano la fine di una carta e quindi linizio di un'altra.

— La lineetta bassa indica la cediglia.

*** I tre asterischi indicano uno spazio lasciato in bianco nell'originale.

Altri segni a forma di angolo acuto sovrastati da un piccolo circolo , indicano «inserzione».

Segni di punteggiatura: , virgola per pausa breve e intermedia : punto fermo per pausa lunga.

1520, 4 dicembre

Sentenza arbitrale tra Ottaviano Vimercati e Maffeo Griffoni e i suoi figli per la società di panni da loro costituita con Ottaviano, gestita da Francesco Griffoni. La sentenza decide che i Griffoni devono restituire il capitale fornito da Ottaviano che ammonta a Lire 7860 imperiali. Di contro, Ottaviano deve estinguere i debiti che ha nei confronti dei Griffoni. Entrambi le parti devono consegnare e depositare presso il notaio i libri, il notarolo, le scritture e le polizze per evitare future vertenze.

B.C. Laud, Arch. Notarile, rog. Angelo Francesco Calcinati, scaf. 54; cas. 83/5 (Istrumenti dal 3/1/1519 al 29/12/1520), cc. 1r-5v.

(il fascicolo manca di numerazione originale)

In Cristi nomine. Nos Sermo de Vicomercato eques et utriusque iuris doctor tamquam arbiter, arbitrator amicabilis compositor, calculator, consolidator et amicus assumptus et electus per formam compromissi in nos facti per magnificum equitem dominum Octavianum filium quondam magnifici domini Ambrosii de Vicomercato parte una, et Mapheum filium quondam Petri de Grifonibus ac Franciscum dictum Fera et Antonium ipsius Maphei filios, parte altera.

Viso imprimis^(a) instrumento dicti compromissi rogato ab Angelo Francisco Calcinato notario Creme die vigessimo septimo aprilis anni millesimi quingentesimi noni proximi preteriti seu anno mense, mense^(b) et die in eo contentis ad quod habeatur relatio, visoque instrumento obligacionis facte versus prefatum magnificum dominum Octavianum per infrascriptos Mapheum et Franciscum et utrumque eorum insolidum rogato ab Antonio Bravio notario Creme^(c) die vigessimo octavo ianuarii millesimi quingentesimi sextidecimi seu pro ut in eo legitur ad quod relatio habeatur, visa etiam petitione una facta coram spectabili domino Fanti Zacharia tunc vicario magnifici domini pretoris et capitani terre^(d) et districtus Creme^(e) per predictum magnificum dominum Octavianum contra infrascriptum Franciscum, una cum responsione facta per dictum Franciscum contra dictam petitionem ac replicationibus utriusque partis, de quibus constat in actis domini Petri de Guarinis notarii Creme^(f) sub diebus octavo, quartodecimo et sextodecimo aprilis millesimi quingentessimi decimi sexti, visa quoque sententia lata per predictum dominum vicarium inter ipsas partes, de qua rogatum fuit instrumentum a dicto domino Petro notario die decimonono aprilis dicti anni seu ut in ea ad quam habeatur relatio; et viso precepto uno ad quindecim dies emanato parte predicti domini vicari instantiaque domini Gasparis filii quondam domini

Bernardini de Christianis uti procuratoris et eo nomine predicti domini Octaviani transmisso suprascriptis Mapheo et Francisco et utrique eorum insolidum, simul cum responsione per ipsos patrem ac filium facta contra dictum preceptum, simul cum replicatione facta per dictum dominum procuratorem dicto nomine contra dictam responsionem ipsorum Maphei et Francisci, de quibus acta domini Bernardini Calcinati notarii Creme^(g) refferunt sub diebus vigessimo octavo et ultimo ianuarii et *** februarii millesimi quingentessimi decimi septimi. Pariter viso instrumento uno transactionum factarum inter predictum magnificum Octavianum, ex una, et infrascriptos Mapheum, Franciscum et Antonium, patrem et filios, de Grifonibus, ex altera, rogato a predicto Angelo Francisco Calcinato notario die quarto martii dicti anni // millesimi quingentessimi decimi sectimi cum poliza de qua post ipsum instrumentum, successiveque viso libello per dominum Ludovicum Arnaldini uti procuratorem et eo nomine predicti magnifici domini Octaviani prodocto contra infrascriptos Mapheum et Franciscum de Grifonibus coram magnifico et clarissimo domino Federico Rainerio tunc pretore et capitaneo terre^(h) et districtus Creme⁽ⁱ⁾ una cum responsione contra ipsum libellum facta per infrascriptos Mapheum et Franciscum, ac replicatione contra soprascriptam responsionem facta per predictum magnificum dominum Octavianum de quibus appareret in actis domini Bernabovis Zurle^(j) notarii sub diebus tertio decimo, quinto decimo et vigessimo octavo ianuarii millesimi quingentessimi decimi octavi, et visa petitione compromissi facta per suprascriptos Mapheum et Franciscum in dicta causa cum responsione per predictum dominum Octavianum facta contra petitionem dicti compromissi die vigessimo sexto dicti mensis ianuarii, et viso contentamento facto coram predicto magnifico domino pretore et capitaneo per predictum dominum Octavianum, ex una, et Franciscum et Antonium predictos suis nominibus ac nomine dicti eorum patris, ut legitur in actis dicti domini Bernabovis die octavo martii dicti anni, periterque viso instrumento compromissi facti in spectabiles dominos Franciscum de Placentia filium quondam domini (...) et Antonium de Ubertis de Capitelongo rogato per *** publicum notarium Creme^(k) die *** dicti mensis martii^(l) per predictum dominum Octavianum, ex una, et dictos de Grifonibus, ex altera, visisque petitionibus coram ipsis dominis arbitris et arbitratoribus productis per suprascriptos Mapheum et Franciscum contra predictum dominum Octavianum simul cum responsione predicti domini Octaviani contra ipsas petitiones facta, de quibus constat apud acta Aloisii Patrini notarii Creme^(m) diebus quinto decimo et *** dicti mensis martii, visi⁽ⁿ⁾ quoque capitulis in ipsam causam productis contra suprascriptos de Grifonibus per predictum dominum

Octavianum coram predictis dominis arbitratoribus, simul cum responsione ipsorum de Grifonibus facta contra dicta capitula nenon visis testibus (...) in dicta causam productis, de quibus omnibus constat in actis suprascripti notarii sub diebus ut in eis ad que__ rellatio habeatur. Preterea visis quam plurimis litteris predicti domini Octaviani datis Venetiis directivis suprascripto Francisco de Grifonibus; insuper visa petitione una alias facta coram predicto magnifico et clarissimo domino Federico pretore et capitaneo per Fabianum Valotam uti procuratorem et procuratorem nomine predicti domini Octaviani contra suprascriptos de Grifonibus una cum responsione per suprascriptum Franciscum facta^(e) coram predicto domino pretore sub debus vigessimo sexto et vigessimo septimo maii suprascripti anni millesimi quingentessimi // decimi octavi, necnon visis duabus relationibus ad instantia dicti Fabiani procuratoris et eo nomine quo supra factis suprascriptis Mapheo et Francisco et scriptis in actis domini Bernabovis Zurle__ die vigessimo octavo maii anni suprascripti; item visa replicatione suprascripti Fabiani procuratoris ut supra facta dicta die et similiter visa intimatione mandamento predicti magnifici domini pretoris et capitanei ad instantioun suprascripti Fabiani procuratoris ut supra transmissa suprascriptis de Grifonibus die suprascripta; preterea visa iurium productione in ipsa causa facta per suprascriptum Fabianum procuratorem pro ut supra die septimo iunii in actis suprascripti domini Bernabovis notarii. Pariter visa responsione suprascriptorum de Grifonibus facta contra responcionem et petitionem suprascripti Fabiani procuratoris ut supra die quarto augusti anni suprascripti, una cum responsione eorundem de Grifonibus facta die decimo septimo dicti mensis augusti, necnon responsione una facta per soprascriptum Fabianum procuratorem contra soprascriptam responcionem dictorum de Grifonibus die sexto septembri anni de quo supra. Successive visa sententia predicti magnifici domini Federici pretoris ut supra lata inter suprascriptas partes et in causa, de qua supra de qua rogatum fuit instrumentum a suprascripto domino Bernabovo Zurla sub die vigessimo tertio novembris predicti anni, visis pariter libris societatis alias facte__ per dictos procuratorem et filium de Grifonibus cum predicto domino Octaviano necnon balanzano seu sumario facto de creditis et debitibus ac bonis et rebus dicte__ societatis, similiter visis pluribus quinternis, libretis et polizis coram nobis exhibitis et productis per supraascriptum Franciscum, pariter visis petitionibus coram nobis per utramque partem factis tam verbo quam in scriptis et sepe ac sepius diligenter visis et calculatis rationibus dicti commertii seu societatis, necnon viso instrumento transactionum factarum inter predictum dominum Octavianum ex una, et suprascriptos de Grifonibus, ex altera,

rogato per predictum Angelum Franciscum notarium die vigessimo septimo aprilis anni millesimi quingentessimi decimi noni seu pro ut in eo legitur, et viso etiam iuramento per predictum dominum Octavianum coram nobis prestito, quo iuravit capitale per eum expositum in dicto commertio et societate ascendere summam librarum septem mille octocentum sexaginta imperialium, ut de ipso instrumento constat apud acta suprascripti Angeli Francisci notarii die ultimo maii suprascripti anni, visisque pluribus citationibus mandamento nostro factis utriusque // parti ut asistarent et asistere vellent computis et calculationibus per nos faciendis de ipso commertio seu societate positis in actis dicti Angeli Francisci notarii diebus ut in eis ad que__ habeatur rellatio. Preterea visis videndis et consideratis merito considerandis, necnon calculatis calculandis et auditis omnibus et singulis que__ dicte__ partes coram nobis dicere, ostendere et producere voluerunt tam oretenus quam in scriptis et super premissis omnibus et singulis matura et diligent consideratione et deliberatione prehabitis, necnon visis pluribus prorogationibus per nos et dictas partes factis de instantia et termino dicti compromissi scriptis in aptis suprascripti notarii annis, mensibus et diebus in eis contentis ad que__ rellatio habeatur; et visa forma iuris et statutorum terre__ Creme__ et demum visa citatione perhentoria nostri parte et ad instantiam dicti Fabiani procuratoris et eo nomine quo supra emanata et transmissa ad suprascriptos de Grifonibus pro his die, hora et loco ut comparerent coram nobis ad vindendum et audiendum per nos hanc nostram arbitramentalem sentetiam seu laudum proferri, de qua citatione constat in actis suprascripti Angeli Francisci notarii sub die hesterna simul cum mandamento dicti Fabiani a predicto domino Octaviano de quo rogatum fuit instrumentum per suprascriptum Angelum Franciscum Calcinatum notarium die ***^(f) sequentes potius viam amicabilis compositionis quam stricti iuris rigorem atque cupientes lites et causas ipsarum partium tollere, Christi eiusque matris Marie__ semper virginis nominibus imploratis, a quibus recta quemque procedunt iuditia et arbitramenta, in causa seu causis coram nobis versis et vertentibus inter ante dictas partes in his scriptis dicimus, pronuntiamus, declaramus, sententiamus, arbitramur, arbitramentamur, componimus, laudamus, absolvimus^(g) et condemnamus in hunc modum et per hec verba videlicet: quia primo arbitrando, arbitramentando et laudando terminamus, declaramus et sententiamus capitale per predictum dominum Octavianum expositum in commertio et societate predictis fore et esse librarum septem millium octingentiarum sexaginta imperialium iuxta iuramentum in manibus nostris de voluntate ipsorum de Grifonibus per predictum magnificum dominum Octavianum prestitum.

Item quia ex notarolo seu extracto debitorum dicti commertii et societas alias extracto ex libris eiusdem et consignato Bartholomeo de // Lumiante, tunc exactori electo, constat ipsos debitores tantum ascendere summam librarum septem millium quadraginta trium soldorum quattuor et denariorum quattuor imperialium; et consequenter, facta computatione totius corporis dicte__ societatis et commertii iuxta calculum superinde factum, comprehendendo tam capitale quam lucrum et res seu merces arrestantes penes ipsum Franciscum de quibus nullum computum administrationis reddit, appareat totum ipsum capitale esse penes ipsos de Grifonibus vel in pecuniis vel in rebus. Ideo eos et quemlibet eorum insolidum, ita tamen quod unica tantum solutio sufficiat, condemnamus ad eidem domino Octaviano dandum et solvendum in pecunia numerata dictas libras septem mille octingentas sexaginta imperialium capitalis predicti, et ad effectum huismodi faciende__ solutionis et satisfactionis eosdem de Grifonibus et quemlibet eorum insolidum, ut supra et pro ut supra condemnamus ad prestandum eidem domino Octaviano infra octo dies proxime futuros unum vel plures idoneum et idoneos fideiussorem seu fideiussores, qui se cum eius vel eorum bonis obliget vel obligent erga prefatum dominum Octavianum ipsorumque de Grifonibus et cuiuslibet eorum precibus et mandamento pro solutione, satisfactione et restitutio- ne dicti capitalis et seu qui sub ipsorum fideiussorum et laudatorum bonorum ipoteca laudent, penes ipsos de Grifonibus tot extare bona stabilia in terra vel territorio Creme__ que__ sint cauta et secura pro satisfaciendo eidem domino Octaviano pro summa dicti capitalis iuxta formam transactionum inter dictas partes initiarum. Et hoc nisi infra eosdem octo dies exhibuerint et presentaverint tot ex rebus et mercibus dicte__ societatis et commertii penes eos ut infra extantibus, ex quibus iuxta estimationem de eis faciendam, predicto domino Octaviano satisfieri possit de dicto eius capitali, quem terminum volumus esse perhemptorium, ita ut, eo transacto, teneantur librarum septem millium octingentarum sexaginta imperialium iuxta iuramentum in manibus nostris de voluntate ipsorum de Grifoninus per predictum magnificum dominum Octavianum prestitum.

Item quia ex notarolo seu extracto debitorum dicti commertii et societas alias extracto ex libris eiusdem et consignato Bartholomeo de // Lumiante, tunc exactori electo, constat ipsos debitores tantum ascendere summam librarum septem millium quadraginta trium soldorum quattuor et denariorum quattuor imperialium; et consequenter, facta computatione totius corporis dicte__ societatis et commertii iuxta calculum superinde factum, comprehendendo tam capitale quam lucrum et res seu merces ar-

restantes penes ipsum Franciscum de quibus nullum computum administrationis reddit, appareat totum ipsum capitale esse penes ipsos de Grifonibus vel in pecuniis vel in rebus. Ideo eos et quemlibet eorum insolidum, ita tamen quod unica tantum solutio sufficiat, condemnamus ad eidem domino Octaviano dandum et solvendum in pecunia numerata dictas libras septem mille octingentas sexaginta imperialium capitalis predicti, et ad effectum huismodi faciende__ solutionis et satisfactionis eosdem de Grifonibus et quemlibet eorum insolidum, ut supra et pro ut supra condemnamus ad prestandum eidem domino Octaviano infra octo dies proximos futuros unum vel plures idoneum et idoneos fideiussorem seu fideiussores, qui se cum eius vel eorum bonis obliget vel obligent erga prefatum dominum Octavianum ipsorumque de Grifonibus et cuiuslibet eorum precibus et mandamento pro solutione, satisfactione et restitutio- ne dicti capitalis et seu qui sub ipsorum fideiussorum et laudatorum bonorum ipoteca laudent, penes ipsos de Grifonibus tot extare bona stabilia in terra vel territorio Creme__ que__ sint cauta et secura pro satisfaciendo eidem domino Octaviano pro summa dicti capitalis iuxta formam transactionum inter dictas partes initiarum. Et hoc nisi infra eosdem octo dies exhibuerint et presentaverint tot ex rebus et mercibus dicte__ societatis et commertii penes eos ut infra extantibus, ex quibus iuxta estimationem de eis faciendam, predicto domino Octaviano satisfieri possit de dicto eius capitali quem terminum volumus esse perhemptorium, ita ut, eo transacto, teneantur in pecunia solvere dictum capitale ut supra.

Item, salvis premissis, pronuntiamus lucrum dicte__ societatis et commertii in pecuna esse de libris mille quadringentis septuaginta quinque soldis quatuordecim et denariis novem imperialium.

Item terminamus penes ipsum Franciscum extare debere brachia // mille octuaginta unum panni ultramontani et branchia centum nonagintaunque panni alti nostrani et quandam quantitatatem panni alti et bassi, quam in libris annotavit emiss libris millequingentis viginti quattuor et soldis decem imperialium. Item illas merces quas in libris adnotavit emiss libris mille ducentis quinquaginta tribus et soldis duodecim imperialium et brachia bismille septingenta novem sarziarum, et donzenas centum decem novem sonatorum, radios quattuor, banchalia quattuor, listas de Gant numero tres, culcitrae seu cohupertas decem novem a lecto; brachia centum septuaginta setini et tabini, et brachia undecim zambeloti, que omnes res ex libris et calculationibus empte__ apparent et nihilominus de eis nullum computum datur per ipsum Franciscum et propterea, si extant, terminamus et sententiamus dimidiem ipsarum omnium rerum et mercium spectare et pertinere predicto domino Octaviano et, si non extant,

earum pretium in ratione ut infra; videlicet pro panno ultramontano libras bismille quingentas nonaginta quinque et soldos decem imperialium; pro panno nostrano libras quingentas sexaginta quinque et soldos decem imperialium; pro quantitate panni alti et bassi, que aliter non specificatur libras illas mille quingentas viginti quattuor et soldos decem imperialium quibus ipsam panni quantitaem emisse dicitur, et pro ipsis mercibus quas emisse annotavit libris mille ducentis quinquaginta et soldis duodecim imperialium, ipsas libras mille ducentas quinquaginta et soldos duodecim imperialium tantum; pro sarziis libras bismille ducentas duodecim imperialium, pro sonatis libras quingentas octuaginta imperialium; pro radiis banchalibus, listis de Gant et cohoptis seu culcitris a lecto libras ducentas nonagintas septem et soldos decem imperialium; pro setino et tabino libras ducentas triginta duas et soldos sex imperialium, et pro zambeleto libras viginti tres imperialium. Vero quia ex his rebus que penes eum extant et lucro in pecunia similiter penes eum existente, solvendum venit capitale predicto domino Octaviano ut supra terminatum est, ideo volumus quod illud quod ex dicto lucro in pecunia et rebus predictis vel earum extimatione // ut supra a dicto capitali supererit, dividatur inter ipsos dominum Octavianum, parte una, et dictos de Grifonibus, parte altera. Condemnantes propterea atque per hanc nostram arbitramentalem sententiam condemnamus ipsos de Grifonibus et quemlibet eorum insolidum ita tamen quod unica tantum solutio sufficiat ad dandum eidem domino Octaviano dimidiā illius quod ex ipso lucro in pecunia et rebus pro ut supra vel earum extimatione a dicto capitali supererit et ad prestandum fideiussiones seu laudationes infra terminum ac modis et forma pro ut supra terminatum est respecto capitalis.

Item volumus et per hanc nostram sententiam arbitramentalem terminamus quod debitores descripti in dicto notarolo consignato dicto Bartholomeo de Lumiato, quod sunt in summa librarum septem millium quadraginta trium soldorum quattuor et denariorum quattuor imperialium et debitum quod habet ipse dominus Octavianus cum dicta societate quod est librarum novecentum nonaginta trium et soldorum duorum imperialium dividantur et dividi debeant in hunc modum videlicet quia ex eis ante partem assignentur ipsis de Grifonibus tot qui capiant libras centum septuaginta sex soldos sex et denarios quattuor imperialium, eo quod recte computando totum corpus ipsius societatis totidem supersunt et superhabundant. Reliquorum autem medietas spectet predicto domino Octaviano et alia medietas ipsis de Grifonibus, qui tamen de Grifonibus teneantur et obligati sint ac ita eos condemnamus ad manutenendum ipsos debitores pro dicta summa librarum septemmillium quadraginta trium,

soldorum quattuor et denariorum quattuor imperialium veros debitores et non exactos. Et si qui reperientur non veri vel exacti per eos teneantur et ita eos condemnamus ad dandum et solvendum predicto domino Octaviano medietatem illarum pecuniarum quantitatum quas in ipso notarolo scriptum est tales debitores sic non veros vel exactos repertos debere si autem ex ipsis debitoribus quicunque exactum est per ipsum Bartholomeum de Lumiate id omne volumus inter eos communicari, detractis tamen expensis et pro rata et pro portione quam quicunque habet in ipsis debitoribus ut supra.

Item per hanc nostram arbitramentalem sententiam terminamus et sententiam quod omnes alii debitores dicte societatis preter descriptos in // ipso notarolo si qui reperiuntur, sint et intelligantur esse ipsorum de Grifonibus et eis spectare et pertinere, et, ex adverso, si qui essent dicte societatis creditores, vel ratione alicuius lucri vel alias, salvo tamen ut infra, eis satisfacere teneantur dicti de Grifonibus absque eo quod ad aliquid teneantur hac de causa predictus magnificus dominus Octavianus.

Ex adverso, autem, condamnamus dictum dominum Octavianum ad dandum et solvendum ipsis de Grifonibus medietatem librarum novemcentum nonaginta trium et soldorum duorum imperialium, de quibus prouuntiamus et declaramus predictum dominum Octavianum esse debitorem dicte societatis et iam pro dimidia spectare declaravimus ipsis de Grifonibus in superiori capitulo, volentes tamen et declarantes quod hanc medietatem penes se retinere valeat per sex menses pro eius cautione ad hoc, ut si interim appareret aliquos ex debitoribus de quibus in ipso notarolo vel non veros vel exactos fuisse per ipsis de Grifonibus et ipse possit dictam medietatem seu eius partem retinere usque ad quantitatem debitorum sic ut supra non verorum vel exactorum; non intendentem per hoc preiudicare ipsi domino Octaviano quin si, elapsis dictis sex mensibus, aliqui ex dictis debitoribus reperirentur non veri vel exacti, possit iuribus suis etiam per viam retentionis uti pro ut sibi de iure competit^(h). Item condemnamus predictum dominum Octavianum ad dandum et solvendum et seu ad haverandum et compensadum dictis de Grifonibus medietatem librarum trecentarum quinquaginta imperialium pro totidem per ipsis de Grifonibus, vel alium seu alios eorum, solutis illis de Alferiis pro afflictu apotece in qua exercebatur dictum commertium, iuxta petititionem dictorum de Grifonibus de qua in positione vigessima tertia ex positionibus productis coram primis arbitratoribus et libras viginti duas imperialium per ipsum Franciscum de commissione predicti domini Octavianiani bonificatas et haveratas reverendo domino priori sancti Bernardini

Creme__ (quoniam) ita verum confessus est predictus dominus Octavianus. Item volumus quod in divisione debitorum facienda predictus dominus Octavianus teneatur in eius periculo suscipere pro debitore Rainaldum Barilum pro libris triginta una et soldis decem novem imperialium dummodo ipsum verum debitorem esse, et non exactum (...) teneant ipsi de Grifonibus; et ad sibi ipsis haverandum libras quinque et soldos quindecim // imperialium pro totidem haveratis per dictum Franciscum (...) Gelmino Pomposio de predicti domini Octaviani, ut nobis confessus est commissione; item ad sibi dandum et restituendum quendam rubinum alias per ipsum Franciscum datum magnifice__ domine__ Domicelle__ consorti predicti domini Octaviani si extat et, si non extat, eius pretium et valorem iuxta liquidationem faciendam.

Item, salvis premissis, condamnamus dictum dominum Octavianum ad haverandum et compensandum ipsis de Grifonibus ducatos ducentos nonaginta quattuor auri in ratione librarum quattuor et soldorum quindecim imperialium pro singulo ducato; et hoc tam pro quibuscumque bulletis datis ipsi domino Octaviano, tam per ipsum Franciscum quam alios eius nomine, quam pro quibuscumque pecuniis solutis quibuscumque personis, pro quibuscumque bulletis necnon pro illis ducatis centumtriginta octo auri habitis a condam magnifico domino Iacobo Zurla seu aliis pro eo et eius nomine ex causa pretii certarum telarum, quoniam facta detractione pecuniarum per ipsum magnificum dominum Octavianum hac de causa soluturum repertum est ipsos de Grifonibus restare creditores de dictis ducatis ducentis nonaginta quattuor auri.

Condemnantes tamen ipsos de Grifonibus ad perpetuo relevandum et conservandum indennem predictum dominum Octavianum et eius bona a quibuscumque personis que__ aliquid ab eo paterent vel petere possent de et pro bulletis de quibus in petitionibus dictorum de Grifonibus.

Item per hanc nostram arbitramentalem sententiam ordinamus omnes et quoscumque libros et notarolos atque scripturas dicte__ societatis necnon omnes et quascumque polizas nobis per ipsas partes datas et exhibitas et de quibus libris, notarolis, scripturis et polizis inventarium fieri fecimus, stare debere penes predictum Angelum Franciscum notarium; et ita presentium tenore ipsos libros notarolos, scripturas et polizas consignamus ad hoc ut si⁽ⁱ⁾ contigerit eos in iuditium deferri pro exactionibus faciendis id faciliter fieri possit et sine suspicione fraudis et falsitatis. A reliquis autem per utramque partem petitis tam oretenus quam in scriptis et que__ una pars alteri, et contra petere posset quomodocumque et qualitercumque, salvis tamen semper^(l) predictis, partes ipsas // mutuo absolvimus et liberamus.

Condemnantes ipsos ad sibi mutuo et vicissim faciendum fines, quietationes et liberationes omnibus que__ sibi invicem petere possent qua-

vis ex causa, ratione et modo, ita quod presentes fines sint speciales et generales et ad^(m) incogitata se extendant, salvis tamen et reservatis premissis. Item, salvis premissis, partes ipsas ab expensis absolvimus et liberamus et hec omnia omni meliori modo et laus Deo.

Lata, acta, dicta, data, pronunciata, declarata, terminata, ordinata, sententiata, arbitrata, arbitramentata, laudata, absoluta et condemnata fuerunt et sunt omnia et singula suprascripta per modum quo supra legitur per predictum magnificum equitem et iuris utriusque doctorem dominum Sermonem de Vicomercate arbitrum, arbitrarem, calculatorem, consolidatorem et amicum communem dictarum partium sedentem pro tribunal super cathedra in loco infra scripto⁽ⁿ⁾, lecta vero et publicata per me Angelum Franciscum Calcinatum apostolica imperialique auctoritatibus notarium cremensem (collegiatum) die quarto mensis decembris in tertii anno nativitatis domini nostri Jesu Christi millesimo quingentessimo vigessimo, inductione octava presente dicto Fabiano procuratore, et eo nomine, predicti magnifici domini Octaviani audiente, intelligente et predicta acceptante, ac accusante contumaciam dictorum de Grifonibus non comparentium tamen citatorum ut in actis mei notarii sub hesterna die appetat; presentibusque domino Hiacinto de Figatis quondam domini Jacobi, domino Petro filio spectabilis iuris utriusque doctoris domini Caroli de Benzonibus, domino Joanne Aloisio Zurla quondam domini Petri, domino Joanne Augustino quondam domini Joanni Antonii de Cusatris, domino Baptista quondam domini Pantaleonis de Tentoribus ac Iacobo Antonio Calcinato omnibus cremensibus, testibus notis, idoneis, vocatis et rogatis necnon Marco Julio Calcinato notario Creme__ qui pro secundo notario rogatus affuit. Acta in caminata domus habitationis predicti magnifici domini Sermonis posite__ in vicinia Fabrorum porte__ Umbriani terre__ Creme__ ubi predictus dominus arbiter et ut supra sibi locum et tribunal ad hec elegit, et de premissis ego idem Angelus Franciscus notarius rogatus instrumentum confeci et in fidem scripsi et subscrpsi.

NOTE

- a) Così nel testo.
- b) Segue «mense» ripetuto e non depennato.
- c) Segue una parola depennata non intellegibile.
- d) Errore per «visis».
- e) Seguono alcune lettere depennate.
- f) È lasciata in bianco quasi tutta la riga.
- g) «-vi-» di «absolvimus» aggiunto in interlinea.
- h) Così nel testo per «competit».
- i) Segue «conting» depennato.
- l) «semper» aggiunto in interlinea.
- m) Segue «incogita se extendant» depennato.
- n) Da «sedentes» a «infrascripto» aggiunto a margine con segno di richiamo.

1520, 3 dicembre

Ottaviano del fu Ambrogio Vimercati fa testamento eleggendo la propria sepoltura nella tomba di famiglia presso la chiesa di S. Pietro martire di Crema, alla quale destina un piviale.

Si preoccupa di fornire di denaro, alimenti e vesti religiose molte delle chiese del territorio cremasco, di assicurare una rendita ai suoi famili e la dote alle zitelle povere della città e alle figlie di alcuni suoi parenti. Nomina la moglie Domicella Lupi esecutrice del legato lasciato al testatore da Rafaina moglie del fu Nicolò Vicomercati, da distribuire ai poveri della città. Domicella riceve l'usufrutto di varie terre di proprietà del testatore e della casa dove abita. Essa ha il compito di esigere i crediti del testatore per distribuirli ai poveri, come assolvere i debitori poveri. Inoltre, Ottaviano le assegna vesti, monili e le masserizie della casa, da erogare a sua discrezione ai poveri e agli agnati del testatore.

B.C. Laud, Arch. Notarile, rog. Angelo Francesco Calcinati, scaf. 54/b, cas. 83/5 (Istrumenti dal 3/1/1519 al 29/12/1520), cc. 1r-6r.
(il fascicolo manca della numerazione originale)

In Christi nomine, Anno nativitatis eiusdem millesimo quingentessimo vigessimo, inductione octava, hora sexta vel circa noctis precedentis diem quartum mensis decembris. Magnificus eques dominus Octavianus filius quondam magnifici domini Ambrosii de Vicomercato nobilis terre Creme infirmus corpore sanus tamen mentet intellectu iacens in lecto in suprascripto loco primum cassans; etiam quorum omni m(od)o fecit condidit ac facit et condit hoc suum presens testamentum nuncupativum et sine scriptis quod voluit preferri et quod voluit valere.

In primis predictus magnificus dominus Octavianus animam suam omni potenti Deo commendavit et ordinavit corpus suum sepeliri in sepulcro antecessorum suorum in ecclesia Sancti Petri martiris ordinis predicatorum terre Creme atque voluit et ordinavit quod magnifica domina Domicella, consors sua, in termino mensium sex immediate sequentium mortem predicti domini testatoris fieri faciat unum piviale cum ornamentis et apparatibus decentibus iuxta qualitatem et valorem dicti pivalis in veste brochati auri ristii iuris et ad usum dictorum dominorum fratrum Sancti Petri martiris Creme, quibus dominis fratibus predictus magnificus dominus Octavianus iure legati reliquit dictum piviale ac spaleriam magnam cum figuris contextam sirico et pulciorem ceteris aliis spaleriis dicti domini testatoris cum onere quod dicti do-

mini fratres non possint eam spaleriam alieni commodare neque de ea in alium usum disponere preterquam ad ornatum dicte ecclesie temporibus et solemnitatibus debitibus et opportunis. Et si dicti domini fratres spaleriam ipsam alicui persone commodaverint eisdem dominis fratibus legatum dicte spalerie ademit ipsamque, eo casu, iure legati reliquit dominis fratibus Sancti Bernardini Creme ordinis minorum regularis observantie.

Item predictus magnificus dominus Octavianus voluit et ordinavit quod predicta magnifica domina Domicella in dicto termino mensium sex post obitum dicti domini testatoris fieri faciat planetam unam in salio aureo predicti domini testatoris cum crucibus anteriori et posteriori decentibus ac piviale unum in veste veluti cremenisi predicti domini testatoris et ex predictio suffulture ipsius vestis emanunt fornimenta dicti pivalis ad perpetuum usum dominorum fratrum ecclesie Sancte Catherine ordinis Carmelitarum terre Creme quibus dominis fratibus predictus dominus Octavianus iure legati reliquit dictam planetam et piviale p(re)dictum, necnon spaleriam magnam cum fontanono iuris dicti domini Octavianiani cum onere quod predicti domini fratres non possint eam spaleriam alicui commodare neque de ea in alium usum disponere preterquam ad ornatum dicte ecclesie temporibus // ac solemnitatibus debitibus et opportunis.

Et si dicti domini fratres ipsam spaleriam alicui persone commodaverint, eisdem dominis fratibus legatum dicte spalerie ademit ipsamque, eo casu, iure legati reliquit dominis fratibus dicte ecclesie Sancti Bernardini, Quibus etiam dominis fratibus ecclesie Sancte Catherine idem dominus Octavianus iure legati reliquit de bonis suis libras decem imperialium annuatiusque imperpetuum absque ulla temporis precriptione seu prefinitione aut quod loco ipsarum librarium decem imperialium annuatim ut supra legatarum per infrascriptos heredes suos assignat dictis dominis fratibus proprietas stabilis ex qua annuatim verosimiliter ac co(mmun)iter et co(mmun)i cursu percipi possint libre decem imperialium quae proprietas ullo unquam tempore per dictos dominos fratres vendi et alienandi non possint, nisi dicti domini fratres p(re)tiuum dicte proprietatis implicit et convertant in una alia equivalenti et immobili pripretate acquirenda ipsis dominis fratibus ex qua dicte libre decem imperialium annuatim percipi possint et hoc augmentum mercedis seu elemosine alias per ipsum dominum testatorem assignate dictis dominis fratibus pro celebrando quotidie missam unam ad altare maius predictae eorum ecclesie.

Item iure legati predictus dominus Octavianus reliquit de bonis suis omni-

bus et singulis famulis et ancillis ipsius domini testatoris tempore quo decesserit libras viginti quinque imperialium pro quolibet eorum et earum, eisdem dandas primo anno post obitum dicti domini Octaviani ultra salarium eis debitum.

Item iure legati predictus dominus Octavianus reliquit Christophoro Constatio dicto Chito usum et usumfructum perticarum quindecim terre a nonne parte in pretia una terre vocata «lachade» iuris ipsius domini testatoris iacens in curia Torlini districtus terre Creme infra suos confines et hoc quoisque idem Christophorus vixerit.

Item predictus dominus testator voluit et ordinavit quod prefata magnifica domina Domicella uxor sua toto tempore vite sue possit et valeat distribuere legatum factum per quondam magnificam dominam Raphainam, consortem quodam magnifici domini Nicolai de Vimercato illis pauperibus pro ut videbitur predicte domine Domicelle cui pro tali distributione peti non possit ratio seu dispositionis et distributionis aliqua administratio neque compelli possit ^(a) ad reddendum rationem aliquam de ipsa erogatione quam dominam Domicellam ad dictam erogationem faciendam idem dominus Octavianus fecit et seu subrogavit executricem cum illis privilegiis auctoritate et facultate concessis predicto domino testatori per dicatm dominam Raphainam.

Item salvis premissis et infrascriptis predictus dominus Octavianus iure legati reliquit // predicte domine Domicelle consorti suae usum et usumfructum possessionis terrarum, ediffitorum et bonorum Graditii districtus Creme iuris dicti domini testatoris super quibus impre-sentiarum sunt massarii Augustinus et fratres de Banderalis necnon usum et usumfructum possessionis terrarum, ediffitorum et bonorum loci Azani iuris predicti domini testatoris necnon viridarii, orti ac sediminis cum edifitiis dicte possessionis, que bona pro parte laboret massaritii nomine Philippus de Dossena et pro parte ad afflictum conductunt Pant(ale)on et alii de Favalibus, ac usum et usumfructum domus quam habitat Ferrarius dicti loci Azani necnon torcularis et aliorum ediffitorum possessionis predicte Azani, et etiam usum et usumfructum sediminis cum edifitiis iacentis in vicinia Poianorum porte Umbriani terre Creme iuris dicti domini testatoris et quod impre-sentiarum ipse habitat ac alterius sediminis cum edifitiis iuris dicti domini testatoris iacentis in terra Vaylati ac domus seu sediminis cum edifitiis loci Cassinarum de Grassis. Quas terras, sedmina cum edifitiis et bona idem dominus Octavianus ibi pro sufficienter expressis haberi voluit, ac si de eorum et cuius libet eorum situ qualitate numero perticarum et coherentis hic facta esset particularis et specifica mentio, et hoc toto tempore

quo predicta domina Domicella vixerit in viduitate (...) et honeste servans vitam vidualem ac lectum et honorem dicti domini Octaviani et cum onore quod predicta domina Domicella durante dicto usu et usufructu non possit exigere ab heredibus predicti domini testatoris augmentum dotis seu supradotem eidem per predictum dominum Octavianum (ut dixit) factum seu factam de ducatis mille sexcentis auri.

Sed dotem eidem ut supra constitutam exigere possit dicto durante usufructu et etiam cum onore quod predicta domina Domicella pro anima dicti domini testatoris teneatur et obligata sit singulo anno annorum decem immediate sequentium mortem dicti domini testatoris erogare salmas duas frumenti et sextara duo vini cuilibet infrascriptorum monasteriorum ^(b) videlicet Sancti Petri martiris, Sancti Francisci, Sancti Bernardini, Sancte Marie de Planengo, Sancte Catherine, Sancte Clare, Sancte Monice et Sancte Marie matris Domini Creme. Et etiam singulo annorum decem de quibus supra erogare teneatur predicta domina Domicella libras quattuorcentum imperialium pauperibus puellis nubilibus pro eas maritando spiritualiter vel temporaliter, eligendis per predictam dominam Domicellam. Et etiam erogare singulo dictorum annorum salmas quadraginta mixture. Et que // tamen pecuniarum et mixture erogationes fieri debeant pauperibus Christi Creme et seu in ipsa terra Creme habitantibus et pauperibus Christi prout videbitur dicte domine consorti sue, Que domina Domicella pro talibus erogationibus pecuniarum et mixture cogi non possit ad reddendam rationem aliquam alicui persone neque superiori, neque aliter dicta da causa sindicari, turbari et molestari. Derogando in premissis omnibus et singulis statutis terre Creme ac quibuscumque aliis legibus, decretis, provisionibus, constitutionibus et partibus seu ordinacionibus contrarium disponentibus. Et quam dominam Domicellam predictus dominus Octavianus in usu et usufructu bonorum de quibus ^(d) supra ^(m) sibi heredem insituit et nominavit.

Item predictus dominus Octavianus iure legati reliquit de bonis suis libras centum imperialium quibuscumque filiabus quondam domini Nicolai olim domini Iacobi de Vicomercato eisdem et cuilibet earum dandas quando nupserint Deo vel mundo.

Item voluit et ordinavit dictus dominus testator quod omnia credita predicti domini testatoris exigantur per predictam dominam Domicellam et deinde per eam distribuantur pauperibus Christi ^(c) terre Creme prout eidem domine consorti sue videbitur. Et quod si dicti debitores, iuditio ipsius domine Domicelle erunt pauperes, dicta domina Domicella eosdem debitores liberet ab eorum debitibus, cui domine

Domicelle__, erogandi et absolvendi omnimodam auctoritatem, facultatem et potestatem dedit et concessit et que__ pro huiusmodi erogationibus cogi ad rationem aliquam reddendam nequeat ^(d) neque possit prout in proximo precedenti capitulo legitur. Item predictus dominus Octavianus iure legati reliquit Fabiano Valotte, famulo suo, ultra legatum factum quibuscumque famulis et famulabus dicti domini testatoris tempore quo decesserit usum et usumfructum perticarum vigintiocto vel circa terre__ iuris predicti domini testatoris iacentium in curia Farinati districtui terre__ Creme__ infra suos confines quas ibi pro expressis haberi voluit toto tempore vite__ ipsius Fabiani. Qui Fabianus, si stare voluerit pro famulo prefate__ magnifice__ domine__ Domicelle__, ab ea habere possit victum et vestitum iuxta conditionem dicti Fabiani toto tempore famulatus sui absque alia mercede et salario. Et quas perticas vigintiocto terre__ vel circa, finito usufructu dicti Fabiani, predictus dominus testator iure legati reliquit monialibus ecclesiae Sancte__ Clare__ terre__ Creme__.

Item predictus magnificus dominus Octavianus iure legati reliquit predicte__ magnifice__ Domicelle__ consorti sue__ omnes proprietates et iura per eam emptas et empta a quavis persona seu quibusvis personis publicis instrumentis, quas proprietates et iura ibi pro expressis haberi voluit, ac si de eis per situm, qualitatem, quantitatem // et coherentias descriptio facta foret ac ceteras alias res et cetera omnia alia bona per eam emptas et empta ac pecunias, si quas habet, et res et bona illas et illa in quibus predicta domina Domicella pecunias aliquas investisset ac credita quecumque per ipsam dominam Domicellam contracta cum qualibet persona etiam que habuissent causam et originem a bonis dicti domini testatoris. Necnon dicte__ domine__ Domicelle__ iure legati reliquit omnes vestes ac omnia indumenta pro usu et aportare dicte__ domine__ Domicelle__ tam sircea, lanea, linea quam etiam aurea et argentea et cuiuslibet alterius generis emptas et empta de bonis ipsius domini testatoris: necnon tantam quantitatem bonorum lini ex bonis dicti domini testatoris que__ ascendat summam librarum ducentarum imperialium.

Que res terre__, bona et iura ac credita legata dicte__ domine__ Domicelle__ hoc capitulo per eam disponi possint prout eidem videbitur. Non autem supposita sint erogationi prout alia bona que__ eidem legata sunt sequenti capitulo sed tantummodo teneatur ipsa domina Domicella facere palium unum damasci albi cum fornimentis necessariis eidem palio altari consortii Sancte__ Marie__ Misericordie__ constructo in ecclesia maiori Creme__, et aliud palium rasii seu damasci altari maiori dicte__ Ecclesie maioris prout eidem domine__ videbitur videlicet ex rasio seu damasco.

Necnon dare et solvere libras quindecim imperialium annuatim venerabili domino fratri Alexandro brixensi ordinis Carmelitarum et alias priori dicte__ ecclesie__ Sancte__ Catherine__ Creme__ quoque vixerit idem dominus frater Alexander; cui domino fratri Alexandro si vixerit post obitum dicte__ domine__ Domicelle__ singulo anno vite__ sue__ idem dominus testator legavit de bonis suis libras quindecim imperialium eidem dandas per infrascriptos heredes suos. Teneaturque ipsa domina Domicella dare et solvere quattuor pauperibus pueris que__ nubent et hoc circa diem Carnis proximi futuri libras vigintiquinque imperialium pro qualibet earum et hoc supra obligationem ei impositam erogandi libras quatuorcentum imperialium singulo anno annorum decem pauperibus pueris. Item salvis pre__missis et infrascriptis dictus dominus Octavianus iure legati reliquit predice__ domine__ Domicelle__, uxori sue__ omnes suppelleciles et massaritias domus, monilia aurea seu ex perlis, anulos aureos, tatias, bazilia, bronzinos et omnia alia vasa argentea, perlas, pecunias, iocalia, tapeta, spalerias, radios, vestes quascumque et cetera omnia alia bona mobilia et per se moventia iuris ipsius domini Octaviani que__ reperientur domi dicti domini testatoris quam habitat, et ubique penes quascumque personas tempore obitus predicti domini Octaviani. His tamen onere et // conditione adiectis quod predicta domina Domicella teneatur ipsas omnes res, suppelleciles massaritias, pecunias, perlas, anulos, vestes, iocalia, vasa argentea et omnia alia suprascriptas bona erogare in usus pios in terra Creme__ seu pauperes Christi dicte__ terre__ Creme__ seu pauperes Christi in dicta terra Creme__ habitantes.

Et seu eos, eas et ea erogare tradere et distribuere inter agnatos dicti domini testatoris prout sibi visum fuerit placuerit, quia in his omnibus de predicta domina consorte sua summopere confidit gravans in pre__missis omnibus et singulis conscientiam predice__ per ipsum dominum testatorem ut supra suprascriptis Ioanni Baptiste__ filio quondam // domini Ioannis Antonii Vimercati et filie__ nubili predicti domini Vincentii Vimercati, iure legati reliquit equaliter et equis portionibus fabricis ecclesiae Sancte__ Marie__ matris Domini monialium ordinis predicatorum, Sancte__ Catherine__ ordinis Carmelitarum et Sancti Bernardini ordinis minorum terre__ Creme__.

Item dictus dominus Octavianus iure legati reliquit liberationem omnibus massariis et partiariis suis ac massariis et partiariis tantum in loco Azani infrascriptorum magnifici domini Sermonis et domini Ioannis Petri de Vicomercato pro omni et toto eo pro quo tenentur et obligati sunt ipsi domino Octaviano quavis occasione. Et eo iure legavit liberationem Ferrario loci Azani pro omni et toto eo in quo sibi tenetur quavis occasione.

Item voluit et ordinavit quod predicta domina Domicella uxor sua possit, valeat et debat petere, exigere et consequi omnia credita que idem dominus Octavianus habet contra fratres dicte domine Domicelle et quemlibet eorum quavis occasione causa, via, iure et modo et dicta credita deinde teneatur erogare inter pauperes Christi terre Creme seu in ea habitantes et seu in aliquos usus pios in dicta terre^(g) Creme. Cui pro huiusmodi exactione et erogatione ipse dominus testator dedit et concessit auctoritatem et omnimodam postestatem prout ipse dominus testator potest et ei de iure vigore iurium suorum spectat et competit. Et que domina Domicella cogi et molestari non possit ab ordinario loci et seu alio superiore ac quacumque alia persona ad reddendum et ostendandum rationem aliquam ac prestandum fideiussionem et conficiendum inventarium de ipsis exactiōibus et erogationibus, quia de ea summopere confidit.

In omnibus autem et singulis aliis suis bonis et salvis predictis et infra scriptis predictus magnificus dominus Octavianus sibi heredes instituit et ore suo nominavit hoc modo videlicet; dominum Octavianum, filium legitimum et naturalem magnifici equitis et iuris ustiusque doctoris domini Sermonis filii quondam magnifici domini Ioannis Petri de Vicomercato in sedimine cum e diffitiis iuris dicti domini testatoris in quo nunc habitat, posito in domine Domicelle. Que domina consors sua circa dictam erogationem et seu distributionem cogi non possit ad reddendum et ostendandum rationem aliquam, et seu aliter quovis modo molestari ab ordinario loci seu quovis alio superiore seu quavis alia persona neque ad conficiendum inventarium de eis nec etiam ad pre standum satisdationem aliquam pro ipsis bonis quia de ea confidit ut supra.

Possit tamen predicta domina Domicella uti et gaudere dictis omnibus bonis per illud tempus quo sibi visum fuerit. Ita tamen quod de eis neque eorum pretio et valore in toto neque in parte aliqua predicta domina Domicella in alium usum disponere non possit nisi in usus prios et in aliquos pauperes Christi terre Creme seu pauperes habitantes in dicta terra Creme, seu in aliquos agnatos dicti domini testatoris gravans conscientiam dicte domine Domicelle ut supra. Item predictus dominus Octavianus iure legati reliquit Ioanni Baptiste filio quondam domini Ioannis Antonii dicti Brunetti de Vicomercato ducatos trecentos auri ex credito^(e) capitalis quod idem dominus Octavianus habet contra Mapheum, Franciscum et Antonium, patrem et filios, de Grifonibus dictos de Fusariis.

Item predictus dominus iure legati et ex credito capitalis sui contra predictos de Grifonibus, ut in precedenti capitulo legitur, reliquit filie maiori

et nubili domini Vincentii dicti Sbardelati de Vicomercato libras centum imperialium eidem dandas pro se maritando et quando Deo vel mundo nupserit.

Item predictus dominus testator iure legati reliquit liberationem domino Bartholomeo filio quondam domini Dominici de Vicomercato de libris ducentis imperialium et pluribus seu (paucioribus) pro quibus ipse dominus Bartholomeus tenetur dicto domino Octaviano causa mutui (ut dixit).

Item ipse dominus testator illa omnia nomina debitorum que pervenient ipsi domino testatori seu heredibus suis seu dicte domine Domicelle exactrici et dispensatrici ut supra per eum constitute in electione seu divisione commertii et societatis alias facte inter ipsum dominum testatorem, parte una, suprascriptos Mapheum et filios de Grifonibus, parte altera^(f), ex debitoribus dicti commertii, salvis legatis factis vicinia Poyanorum porte Umbriani terre Creme infra suos confines necnon in possessione, terris, sedimine cum e diffitiis, et iuribus comprehensis sub vocabulo et nomine possessionis Cariarum sita et iacente ad «Cassinas de Grassis» intra sua confinia, iuris predicti domini testatoris. Quod sedimen cum e diffitiis terre Creme ac terras, bona, sedimen cum e diffitiis et iura dicte possessionis Cariarum ipse dominus Octavianus ibi pro sufficienter expressis haberi voluit et intendit ac si de eis per situm, qualitatem, numerum perticarum et coherentias facta esset spetialis mentio. Et hoc post finitum usum et usumfructum dicti sediminis cum e diffitiis terre Creme legatum dicte domine Domicelle et etiam post // finitum usum et usumfructum possessionis terrarum sediminis, bonorum et iurium dicte possessionis Cariarum quorum bonorum, terrarum sediminis et iurium possessionis Cariarum ut supra usum et usumfructum ipse dominus Octavianus reliquit infra scriptis dominis heredibus suis universalibus institutis et substitutis pro portionibus in quibus heredes instituti et substituti suny ut infra. Et hoc toto tempore quo usus et ususfructus per ipsum dominum testatorem ut supra dicte domine Domicelle consorti sue relictus durabit et super qua possessione, terris et bonis Cariarum est fictabilis Vaninus de Plaranicis. Et si dictus dominus Octavianus ante finitum usum et usumfructum dicte domine Domicelle, seu ante obitum ipsius domini Octaviani testatoris dececerit, tunc et eo casu idem dominus testator sibi heredes instituit et nominavit filios mares legitimos et naturales ac de legitimo matrimonio predicti domini Sermonis natos et nascituros in terris, bonis et iuribus in quibus dictus dominus Octavianus a predicto domino Octaviano testatore heres ut supra institutus est. Et in reliquis omni-

bus et singulis aliis suis bonis sibi universales heredes instituit et ore suo nominavit predictum magnificum dominum Sermonem vel eius premortui filios mares legitimos et naturales ac de legitimo matrimonio natos et nascituros, in una medietate, et dominum Ioannem Petrum filium quondam legitimum et naturalem magnifici domini Marci Antonii, olim filii predicti magnifici domini Ioannis Petri antiqui, in altera medietate, cum onere quod, si predicta domina Domicella decesserit in termino annorum decem immediate sequentium mortem predicti domini testatoris, dicti domini universales heredes predicti domini Octaviani testatoris teneantur et obligati sint ad erogationes ad quas predictus dominus testator presenti suo testamento obligavit dictam dominam Domicellam pro tempore sequuturo mortem ipsius domine__ Domicelle__ usque ad finem dicti decenii. Quos heredes suos universales, si in terminis limitatis per ipsum dominum testatorem non erogaverint id⁽ⁱ⁾ quod per eum decretum est erogari pro tempore futuro post obitum dicte__ domine__ consortis sue__ usque ad finem dicti decenii, poenae nomine damnavit ad erogandum duoplum illius quod in dicto termino seu terminis non erogassent. Et cum onere quod dicti heredes sui teneantur et debeant esse contenti et taciti usu et usufructu possessionis terrarum et bonorum loci Torlini, districtus terre__ Creme__, iuris prefati domini testatoris loco et ad incontrum usus et ususfructus portionis bonorum que__ eisdem, seu alteri eorum, spectaret in bonis et hereditate predicti quondam magnifici domini Nicolai de // Vicomercato cuius portionis usus et ususfructus per ipsum dominum testatorem relictus est predicte__ domine__ Domicelle__ et hoc quousque dictus usus et ususfructus, eidem domine__ Domicelle__ relictus ut supra, duraverit. Et si predictus dominus Octavianus, particularis heres ut supra institutus, quandocumque decesserit sine filio vel filiis maribus aut sine filio vel filiis maribus dicti filii seu filiorum suorum ac aliorum descendantis seu discendentium premortui seu premortuorum suorum marium et de legitimo matrimonio procreatorum legitimis et naturalibus et ex se se^(l) de legitimo matrimonio procreatibus. Tunc et eo casu predictus magnificus dominus Octavianus testator eidem sic morienti vulgariter pupillariter et per fidei commissum ac alias eo meliori modo substituit et nominavit heredes filios mares legitimos et naturales ac de legitimo matrimonio procreatibus predicti magnifici domini Sermonis^(m) et⁽ⁿ⁾ eorum premortui seu premortuorum filios mares legitimos et ut supra equaliter per stirpes et non in capita et non extantibus huiusmodi descendantibus predicti domini Sermoni predictum dominum Ioannem Petrum vel eius premortui filios legitimos et naturales, unum vel plures^(o) et ut supra vel dictorum filii seu filiorum premortui seu premortuorum filium seu filios

mares legitimos et ut supra equaliter per stirpes et non in capita. Si vero predictus magnificus dominus Sermo, quandocumque decesserit sine filio vel filiis maribus aut sine filio vel filiis maribus dictorum filii seu filiorum ac aliorum descendantis seu discendentium suorum marium et de legitimo matrimonio procreatorum premortui seu premortuorum legitimis et naturalibus et ex sese de legitimo matrimonio procreatibus, tunc et eo casu predictus dominus testator eidem sic morienti vulgariter ut supra et pro ut supra substituit et ore suo nominavit heredem predictum dominum Ioannem Petrum vel eius promortui filium seu filios mares et alios successive et gradatim descendantem et descendentes mares legitimos et naturales ac de legitimo matrimonio ex se procreatibus et procreatibus equaliter per stirpes et non in capita. Et si dictus dominus Ioannes Petrus quandocumque decesserit sine filio vel filiis maribus, aut sine filio vel filiis maribus dictorum filii seu filiorum ac aliorum descendantis seu discendentium suorum marium et de legitimo matrimonio procreatorum promortui seu premortuorum, legitimis et naturalibus, et ex sese de legitimo matrimonio procreatibus, tunc et eo casu predictus dominus Octavianus testator eidem morienti vulgariter ut supra et pro ut supra substituit et ore suo nominavit heredem predictum dominum Sermonem vel eius premortui filium seu filios mares et alios successive et gradatim descendantem et descendentes mares legitimos et naturales ac de legitimo // matrimonio ex sese procreatibus equaliter per stirpes et non in capita. Deficientibus vero omnibus et singulis suprascriptis institutis et substitutis ac ipsorum istitorum et substitutorum descendantibus et discendentium descendantibus maribus et de legitimo matrimonio ex sese successive et gradatim descendantibus, ac ipsorum dominorum Sermonis et Ioannis Petri filiorum marium et ut supra natorum et nascitrorum linea masculina discendentium legitimorum et naturalium et ex legitimo matrimonio procreatorum deficiente, tunc et eo casu substituit et ore proprio nominavit sibi heredes vulgariter ut supra et pro ut supra proximiores agnatos masculos quidem legitimos et naturales et de legitimo matrimonio procreatibus agnationis et perentele__ predicti domini testatoris equaliter per stirpes et non in capita usque in infinitum absque ulla temporis prescriptione seu prefinitione. Et insuper predictus dominus Octavianus testator dictis heredibus suis institutis et substitutis ut supra usque in infinitum et pro ut supra prohibuit et vetuit omnem venditionem, donationem ac alienationem in totum vel in partem omnium et singulorum ac quarumcumque bonorum immobilia iuris predicti domini testatoris. Et que__ bona predictus dominus testator vendi aut donari et seu modo aliquo sine iure directo vel indirecto, sine aliquo quesito colore aut aliter

quovis modo alienari noluit sed ut supra vetuit et prohibuit ac vetat et prohibit. Et hoc quia ipsius domini testatoris prime intentionis est quod omnia et singula ac que cumque eius bona et hereditas universa stent et remaneant in illos de eius domo et agnatione stipite et parentela et mares descendentes quidem ex liena masculina legitime et de legitimo matrimonio procreatos semper et usque in infinitum et imperpetuum ut supra et pro ut supra. Volens, mandans et ordinans ac voluit mandavit et ordinavit ipse dominus testator quod si ex dictis heredibus suis instituis et substitutis ut supra et pro ut supra aliique extarent filie femine legitime et naturales ac de legitimo matrimonio procreate filie ipse dotari debeant ex bonis et hereditate predicti domini testatoris decenter secundum facultatem et dignitatem dictorum heredum suorum institutorum et substitutorum et temporis consuetudinem et exigentiam. Et in omnibus et singulis casibus dictarum substitutionum predictus magnificus dominus Octavianus testator prohibuit et vetuit ac prohibet et vetat detractionem falcidie trebellianice et alterius quote partis et portionis cuiuscumque. Et hanc quum et rogavit.

Testes dominus Gaspar filius quodam domini Bartholomei de Christianis, dominus Bernardinus // Iacobus Antonius et Guglielmus Maria, omnes de Calcinatis, Andreas et Bartholomeus fratres filii quodam Zanini de Maratiis et magister Ioannes Augustinus Crottus de Ghetiis pro secundo notario rogatus affuit Marcus Iulius Calcinatus notarius Creme. Actum in cubiculari camera domus iuris et habitationis predicti domini testatoris posite in vicinia Poyanorum porte Umbriani terre Creme. Et ego Angelus Franciscus Calcinatus Cremensis apostolica imperialique auctoritatibus notarius collegiatus his affui rogatus de eis instrumentum confeci et in premissorum fidem scripsi.

NOTE

- a) Così nel testo per «monasteriorum».
- b) Segue «Creme» depennato.
- c) «Nequeat» aggiunto in interlineo con segno di richiamo.
- d) Corretto per sovrapposizione su errato «possint».
- e) Segue «commertii» depennato.
- f) «Parte altera» aggiunto in interlineo con segno di richiamo.
- g) Errato nel testo per «terra».
- i) Segue «ad» depennato.
- l) Qui è latrovo nel testo «sese» in due sillabe staccate.
- m) Seguono due lettere depennate inintellegibili.
- n) «Et» aggiunto in interlineo.
- o) «Unum vel plures» aggiunto nel margine interno con segno di richiamo.

1520, 5 dicembre

Ottaviano del fu Ambrogio Vicomercati redige un secondo testamento che cassa il precedente. Egli rinnova le donazioni e le elargizioni fatte in precedenza, aggiungendo un legato di Lire 10 imperiali al cugino Sermone e fornendo la moglie Domicella di maggiori poteri esecutivi.

Nomina suoi eredi universali: Giovanni Pietro del fu Marco Antonio del fu Giovanni Pietro il vecchio; Marco Antonio, Ottaviano e Ludovico, fratelli, figli di Sermone del fu Giovanni Pietro il vecchio, in relazione al quale normalizza alcune questioni relative al godimento dell'eredità a lui spettante del padre Giovanni Pietro il vecchio.

Giovanni Pietro il giovane riceve più degli altri 1000 ducati d'oro. Gli eredi sono ammoniti dal molestare Domicella nel godimento dell'usufrutto a lei lasciato come di contravvenire alle disposizioni di Ottaviano, pena il decadimento della propria porzione di eredità.

B.C. Laud, Arch. Notarile, rog. Angelo Francesco Calcinati, scaf. 54/b, cas. 83/5 (Istromenti dal 3/1/1519 al 29/12/1520), cc. 1r-13v.
(le carte hanno la numerazione originale)

In Christi nomine. Anno a nativitate eiusdem millesimo quingentessimo vigessimo, inductione octava, hora undecima vel circa noctis precedentis diem sextum mensis decembris; in camera cubiculari domus iuris et habitationis infrascripti magnifici domini testatoris posite in vicinia Poyanorum porte Umbriani terre Creme in presentia venerabilis domini fratri Dominici de Moris de Crema ordinis predicatorum, domini Bernardini ac Iacobi Antonii et Guelmi Mariae omnium de Calcinatis Andree et Bartholomei fratrum filiorum quondam Zanini de Maratiis, m(agog)ri, Joannis Augustini de Ghetiis dicti de Crottis et Pantaleonis filii quondam Mafredi de Cerris civium cremensium testium notorum, idoneorum, notatorum et ad infrascripta omnia et singula per infrascriptum magnificum testatorem rogatorum, necnon Marcii Julii de Calcinatis notarii Creme, qui pro secundo notario rogatus ut supra affuit. Ibi magnificus dominis Octavianus eques, filius quondam magnifici domini Ambrosii de Vicomercato nobilis cremensis, infirmus corpore, sanus tamen mente et intellectu iacens in lecto, cognoscens se mortalem multoque repente et impremeditate ex hac vita migrasse, timensque hoc sibi evenire posse, et ex hoc testandi facultate privari, et cura quadam singulari ac diligentia affectans (pro ut probatissimo viro convenit) tam futuris quam presentibus providere, et lites et discordias omnes que inter eius po-

steros et successores de et pro bonis suis, ac eorum occaxione esse et oriri possent, ac iuris dubietates tollere, sponte et ex eius certa animi scientia, omni meliori modo, via, iure, causa, lege et forma quo melius fieri potest, imprimis cassans et renovans, cassavitque et renovavit ac cassat et renovat testamentum nuncupativum et sine scriptis per ipsum magnificum dominum Octavianum conditum, de quo per me notarium infrascrip- tum rogatum fuit instrumentum nocte precedente diem quartum presentis mensis, ac que cumque alia testamenta, omnesque codicillos et quascumque donationes causa mortis ac ultimas voluntates hactenus ipse magnificus dominus Octavianus fecit, etiam si in eis vel in eorum aliquo vel aliqua essent verba aliqua derogatoria de quibus hic mentio spetialis facienda esset; quorum testamentorum, codicillorum, donationum causa mortis et aliarum ultimarum voluntatum a se hucusque factorum et factarum ac derogatoriorum se penitere asseruit, ita quod sint // nullius valoris, roboris, iuris et momenti et de quibus mentionem faceret si eorum recordaretur. Hoc suum presens testamentum nuncupativum et sine scriptis in hunc modum fecit et condidit ac facit et condit quod valere, durare et tenere voluit, iussit et ordinavit iure, vigore et virtute sui veri et ultimi testamenti ac ultime voluntatis et dispositionis ac eo meliori modo, via, iure causa et forma quo melius, aptius et validius fieri et esse potest; quod si vigore et virtute testamenti valere, durare et tenere non potest, vel non posset aut poterit, valeat et teneat ac valere et tenere voluit, iussit et mandavit iure, vigore et virtute donationis causa mortis vel alio ultime voluntatis iure vel modo quo melius fieri et esse ac valere, durare et tenere potest, posset et poterit.

Quodque voluit et ordinavit ce teris aliis suis testamentis, codicillis, donationibus causa mortis ac ultimis voluntatibus preferri ac infringi et mutari non posse nisi per aliud testamentum ab ipso magnifico domino Octaviano faciendum et scribendum manu publici notarii et bone fame. In primis predictus magnificus dominus Octavianus animam suam omnipotenti Deo totique celesti collegio commendavit et voluit corpus suum sepeliri in ecclesia Sancti Petri Martiris terre Creme ordinis predicatorum et in sepulcro antecessorum suorum atque voluit et ordinavit quod magnifica domina Domicella, filia quondam nobilis domini (****) de Lupis de Bergomo, uxor primo loco magnifici equitis et iuris utriusque doctoris domini Joannis Francisci de Emiliis civis Brixensis, et nunc secundo loco consors sua, in termino mensium sex immediate sequentium mortem predicti magnifici domini testatoris fieri faciat unum piviale cum ornamenti et apparatibus decentibus iuxta qualitatem et valorem dicti pivialis in veste brochati auri ritii iuris predicti magnifici domini Octaviani

ad perpetuum usum dominorum fratrum predicte ecclesie Sancti Petri Martiris terre Creme; quibus dominis fratribus predictus magnificus dominus Octavianus, amore Dei et pro salute anime sue, reliquit dictum piviale et spaleriam magnam eius iuris cum figuris contextam sirico et pulcriorem ceteris aliis dicti domini testatoris spaleris, cum onere quod dicti domini fratres ipsam spaleriam alicui commodare non possint, neque de ea // in alium usum disponere preterquam ad ornamentum dicte ^(a) eorum ecclesie temporibus et solemnitatibus debitibus et opportunis. Et si dicti domini fratres ipsam spaleriam alicui persone commodaverint, eisdem dominis fratribus legatum dicte spalerie ademit ipsamque, eo casu, iure legati reliquit dominis fratribus Sancti Bernardini Creme ordinis minorum regularis observantie. Item predictus magnificus dominus Octavianus voluit et ordinavit quod predicta magnifica domina Domicella, in dicto termino mensium sex post eius domini testatoris obitum, fieri faciat planetam unam in salio aureo iuris predicti magnifici domini testatoris cum crucibus anteriori et posteriori decentibus ac piviale unum in veste veluti cremenisi iuris predicti magnifici domini Octaviani et ex pretio suffulture ipsius vestis emanatur fornimenta dicti pivalis ad perpetuum usum dominorum fratrum ecclesie Sancte Catherine terre Creme, ordinis carmelitarum; quibus dominis fratribus predictus magnificus dominus Octavianus, amore Dei et pro salute anime sue, iure legati reliquit dictam planetam et piviale predictum, necnon spaleriam magnam cum fontanorio iuris predicti magnifici domini Octaviani, cum onere quod predicti domini fratres non possint ipsam spaleriam alicui persone commodare, neque de ea in alium usum disponere preterquam ad ornatum dicte eorum ecclesie, temporibus ac solemnitatibus debitibus et opportunis; et si dicti domini fratres ipsam spaleriam alicui persone commodaverint, eisdem dominis fratribus legatum dicte spalerie ademit, ipsamque, eo casu, iure legati reliquit dominis fratribus sancti Bernardini terre Creme, ordinis minorum regularis observantie, quibus etiam dominis fratribus predicti ecclesie Sancte Catherine prefatus magnificus dominus Octavianus, amore Dei et pro salute anime sue, iure legati reliquit de bonis suis libras decem imperialium annuatim usque imperpetuum, absque ulla temporis prescriptione seu prefinitione aut quod loco ipsarum librarum decem imperialium annuatim ut supra legatarum per infrascriptos heredes suos assignetur dictis dominis fratribus proprietas stabilis in territorio Creme fructifera et non, consistens in e difitiis, ex qua annuatim verisimiliter ac communiter et communi cursu percipi possint libre decem imperialium.

Que proprietas ullo unquam tempore per dictos dominos fratres vendi et alienari non possit nisi dicti domini fratres pretium eiusdem proprietatis implicent et convertant in una alia equivalenti et immobili proprietate acquirenda ipsis dominis fratribus ut supra et pro ut supra, ex qua dicte libere decem imperialium annuatim percipi possint et hoc in argmentum mercedis seu elemosine alias per ipsum dominum testatorem assignate dictis dominis fratribus pro celebrando quottidie missam unam ad altare maius predicte eorum ecclesie usque in perpetuum et pro ut supra.//

Item predictus magnificus dominus Octavianus voluit et ordinavit quod predicta magnifica domina Domicella, uxor sua, toto tempore vite sue possit et valeat distribuere legata facta per quandam magnificam dominam Raphainam consortem quandam magnifici domini Nicolai de Vicomercato olim magnifici domini (****) illis pauperibus Christi seu in illos usus pios, ac aliter facere, erogare et distribuere pro ut eidem magnifico domino Octaviano predictam dominam Raphainam in eius ultimo testamento concessum et attributum est ita quod, vigore presentis testamenti, ipsa magnifica domina Domicella succedat quantum ad hoc in illam omnimodam aucotoritatem quam idem magnificus dominus Octavianus habet vigore testamenti prefate domine Raphaine; cui pro tali distributione peti non possit ratio seu dispositionis et distributionis aliqua administratio, neque compelli possit ad reddendam rationem aliquam de ipsa erogatione. Quam consortem faciendam predictus dominus Octavianus fecit et subrogavit commissariam et executricem cum illis privilegiis, auctoritate et facultate concessis per dictam quandam dominam Raphainam prefacto domino Octaviano in ipsius quandam domine Raphaine testamento.

Item, salvis premissis et infrascriptis, predictus magnificus dominus Octavianus iure legati reliquit prefate magnifice domine Domicelle, consorti sue, usum et usufructum possessionis terrarum, horti seu viridarii, sediminis cum e_difitiis et bonorum Graditii districtus terre Creme iuris predicti domini testatoris, super quibus impresentiarum sunt massarii Augustinus et fratres de Banderalis; necnon usum et usufructum possessionis terrarum et bonorum loci Azani dicti districtus iuris predicti domini testatoris, que bona pro parte massaritii nomine laborat Philippus de Dossena et pro parte ad afflictum conducunt Pantaleon et alii de Favalibus; necnon usum et usufructum viridarii, horti, sediminum et e_difitorum iuris dicte possessionis, ac usum et usufructum domus quam habitat Ferrarius dicti loci Azani necnon torcularis et aliorum e_difitorum possessionis predicte Azani; iuris predicti domini testa-

toris; et etiam usum et usufructum sediminis cum e_difitiis iuris ipsius domini Octaviani iacentis in vicinia Poyanorum porte Umbriani terre Creme, et quod impresentiarum predictus dominus Octavianus habitat, ac alterius sediminis cum e_difitiis iuris pro ut supra iacentis in terra Vajlati ac domus seu sediminis cum e_difitiis loci «Cassinarum de Grassis» iuris ut supra cum omni iure, usu et actione spectantibus et competentibus eidem domino Octaviano in et pro ipsis bonis. Quas terras, sedimina cum e_difitiis et bona predictus dominus Octavianus, ibi pro sufficienter expressis, haberi voluit ac si de eorum et cuiuslibet eorum situ, qualitate, iuribus et pertinentiis, numero perticarum et choarentiis (o) hic facta esset mentio spetialis et specifica, et hoc toto tempore quo predicta magnifica domina Domicella vixerit in viduitate caste et honeste servando vitam vidualem ac custodierit lectum et honorem dicti magnifici domini Octaviani viri sui. Et cum onere quod predicta magnifica domina Domicella, durante dicto usu et usufructu et donec et usquequo usus et usufructus ipse ei relictus durabit, non possit exigere ab heredibus predicti magnifici domini testatoris augmentum dotis seu supradotem eidem per predictum dominum Octavianum (ut dixit) factam seu factum de ducatis mille sexcentis auri, sed dotem de ducatis mille auri (ut dixit) per eum eidem constitutam a ditis heredibus petere, exigere et habere valeat et possit dicto durante usu et usufructu; et etiam cum onere quod predicta magnifica domina Domicella, amore Dei et salute anime sue, teneatur et obbligata sit singulo anno annorum decem immediate sequentium mortem ipsius magnifici domini testatoris erogare salmas duas frumenti et sextaria duo vini cuilibet infrascriptorum monasteriorum terre Creme videlicet Sancti Petri Martiris, Sancti Francisci, Sancti Bernardini, Sancte Marie de Planengo, Sancte Catharine, Sancte Clare, Sancte Monice et Sancte Marie matris Domini. Et etiam singulo anno annorum decem de quibus supra erogare teneatur predicta domina Domicella libras quattuorcentum imperialium pauperibus puellis nubibus, pro eas maritando spiritualiter vel temporaliter, eligendis per predictam dominam Domicellam, et etiam singulo anno dictorum annorum decem erogare salmas quadraginta mixture pauperibus Christi, et que tamen pecuniarum et mixture erogationes fieri debeant pauperibus Christi Creme, et seu in ipsa terra aut territorio Creme habitantibus, pro ut videbitur, dicte domine consorti sue. Que domina Domicella pro talibus erogationibus pecuniarum et mixture cogi non possit ad reddendam rationem aliquam alicui persone aut ordinario loci seu superiori neque aliter, dicta de causa, sindicari, turbari et molestari derogando in premissis omnibus et singulis statutis terre

Creme__, ac quibuscumque aliis legibus, decretis, provisionibus constitutionibus et partibus seu ordinationibus contrarium disponentibus. Et quam dominam Domicellam prefatus dominus Octavianus in usu et usufructu bonorum de quibus supra eo meliori modo, iure, causa et forma, pro ut melius fieri et esse potest, sibi heredem instituit et ore proprio nominavit; et quem usum et usumfructum ipsam dominam Domicellam habere voluit et ordinavit pleno iure usus et usufructus ita quod de eo facere et disponere possit pro ut ipsa voluerit ac sibi videbitur et placuerit; et quam dominam Domicellam liberavit et// liberat ab omni satisfactione per eam prestanda de utendo et fruendo arbitrio boni viri et aliter quomodocumque, et in quo quidem usu et usufructu iussit et mandavit ipsam non posse turbari aut molestari per infrascriptos eius heredes vel aliquem eorum derogando statutis, legibus, decretis provisionibus, constitutionibus et partibus seu ordinationibus tam Creme__ quam aliorum locorum contrarium disponentibus ut supra et pro ut supra. Item voluit, iussit et ordinavit predictus magnificus ipsius dominus testator quod omnia et que__ cumque domini testatoris ^(d) credita exigantur et exigi debeant per predictam magnificam dominam Domicellam, et deinde per eam distribuantur et erogentur amore Dei et pro anima ipsius domini testatoris, pauperibus Christi terre__ Creme__ vel eius districtus et seu ibidem habitantibus, pro ut visum fuerit dicte__ domine__ consorti__ sue; et quod, si dicti debitores iuditio ipsius domine__ Domicelle__ pauperes erunt, eosdem predicta domina Domicella liberare valeat ab eorum debitis, cui domine Domicelle__ credita ipsa exigendi a debitoribus ipsis eosque quietandi, liberandi ac absolvendi omnimodam auctoritatem, facultatem et potestatem dedit et concessit, et suam in premissis fecit et constituit exequircem et commissariam; et quod in creditis ipsis infrascripti eius heredes sese quoquomodo impedire non possint, nec in eis ius aliquod habere; et que__ domina Domicella pro huiusmodi exactionibus, erogationibus ac premissis omnibus et singulis ad reddendam rationem aliquam cogi non possit, neque aliter molestari ab aliqua persona seu ordinario loci et seu aliquo superiori ecclesiastico seu quavis alia persona seu personis. Item predictus magnificus dominus Octavianus iure legati reliquit prefate__ magnifice__ domine__ Domicelle__, consorti sue__, omnes proprietates, terras et iura per eam emptas et empta, acquisitas et acquisita quovis modo a quavis persona seu quibusvis personis per publica instrumenta seu aliter quovis modo. Quas proprietates, terras et iura haberi voluit pro sufficienter^(e) in presenti legato expressis ac si de eis per situm, qualitates coherentias et numerum perticarum hic facta esset expressa mentio; ac ceteras alias res et cetera omnia alia bona per eam emptas et empta ac

acquisitas et acquisita ac pecunias, si quas ipsa habet; ac illas res et bona illa, in quibus prefata domina Domicella pecunias aliquas investisset; ac credita quecumque per ipsam dominam Domicellam contracta cum qualibet persona seu quibuscumque personis, etiam quod predicta ^(h) habuissent causam et originem a bonis prefati magnifici domini Octaviani, nec non omnes// vestes ac omnia indumenta pro usu et aportare dicte__ domine__ Domicelle__ tam sircea, lanca, linea quam etiam aurea, argentea et cuiuslibet alterius generis emptas et empta, acquisitas et acquisita de bonis predicti domini Octaviani, et etiam tantam quantitatem telarum seu massaritarum domus lini et ex lino iuris prefati magnifici domini testatoris, que__ ascendant summam librarum ducentarum imperialium; que__ res terre__, proprietates, bona, iura et credita eidem domine__ Domicelle__ hoc capitulo legate__ et legata eiusdem pleno iure sint et efficiantur ac sibi pleno iure acquirantur, ac de eis per eadem dominam Domicellam, pro ut ei visum fuerit, ad eius libitum disponi possit et valeat (non autem supposite__ et supposita sint erogationi pro ut alia bona que__ eidem domine__ Domicelle__ sequenti capitulo per predictum dominum testatorem legata sint) sed cum onere tamen et gravamine adiecto, quod teneat et obligata sit predicta domina Domicella fieri facere palium unum damaschi albi cum fornimentis decentibus ipsi palio altari consortii Sante__ Marie__ misericordie__ constructo in Ecclesia Maiori Creme__, et aliud palium rasii seu damaschi cum fornimentis ut supra altari maiori predicte__ ecclesie__, pro ut ipsi domine Domicelle__ videbitur videlicet omnia ex rasio seu dasasco; necnon dare et solvere venerabili domini fratri Alexandro brixiensi, ordinis carmelitarum, et priori alias ecclesie Sancte__ Catherine__ Creme__, eiusdem ordinis, libras quindecim imperialium omni anno, quousque idem domini frater Alexander vixerit; cui domino fratri Alejandro dictas libras quindecim imperialium annuatim toto tempore vite__ sue__ idem magnificus dominus Octavianus legavit eidem dandas per infrascriptos heredes suos, si post obitum predicte domine__ Domicelle__ dictus dominus frater Alexander vixerit. Teneaturque insuper predicta domina Domicella dare et erogare citra diem Carnisprivi proximi futuri quattour pauperibus puellis Creme__, que__ nubent, libras viginti quinque imperialium pro qualibet earum, et hoc supra obligationem erogandi libras quadringentas imperialium singulo anno annorum decem pauperibus puellis maritandis ut supra. Item, salvis premissis et infrascriptis, predictus magnificus dominus Octavianus iure legati reliquit predicte__ magnifice__ domine__ Domicelle__, uxori sue__, omnes suppellectiles et massaritias domus, monilia aurea, seu colanas aureas seu ex perlis, anulos aureos, tatias, bazilias, bronzinos et

alia omnia vasa argentea, pecunias seu denarios, perlas margarittas, iocalia, tapeta, spalerias, radios, vestes quascumque et cetera omnia alia bona mobilia et per se mouentia iuris predicti magnifici domini Octavianus, que tempore mortis predicti magnifici domini Octaviani reperiuntur domi sue quam// habitat in terra Creme et alibi penes quascumque personas; his tamen onere, conditione, et gravamine adiectis, quod predicta domina Domicella teneatur et obligata sit ipsas omnes res, suppellectiles, massaritas, domus, pecunias, monilia seu colanas, perlas, annulos, vasa argentea, iocalia ac infrascripta omnia alia bona presenti capitulo ipsi domine Domicelle a predicto magnifico domino testatore legata, seu pretium ex bonis ipsis per eam redigendum erogare in usus pios in terra vel territorio Creme, seu inter pauperes Christi eiusdem terre vel territorii seu ibi habitantes, et seu eos, eas et ea tradere et distribuere inter agnatos predicti magnifici domini testatoris pro ut eidem domine Domicelle visum fuerit et placuerit, quia de eius fide, probitate et integritate predictus dominus testator summopere confidit. Hoc tamen semper salvo et intellecto quod, non obstante onere et conditione superius adiectis, predicta magnifica domina Domicella possit et valeat bona predicta penes se habere et retinere eisque utifru et gaudere pro eius libito voluntatis donec et quounque sibi videbitur et placuerit et ipsa voluerit, ita quod ad erogationem seu distributionem predictam quovismodo accelerari seu cogi non possit ab aliqua persona seu personis seu ordinario aut superiore sed erogatio et distributio ipsa respectu temporis pendeat a voluntate e(t) sit in arbitrio ipsius domine Domicelle ad predicta, ipsa vivente et in eius domine Domicelle vita, pro ut supra, eroganda seu distribuenda gravate, et quam ut supra salvo semper et intellecto ut supra gravavit et gravat, gravans ad predicta fideliter exequenda conscientiam ipsius domine Domicelle. Que domina Domicella circa dictam erogationem et seu distributionem cogi non possit ad reddendam et ostendendam rationem aliquam et seu aliter quovismodo molestari, sindicari et turbari ab infrascriptis eius heredibus aut ordinario loci seu quovis alio superiore ecclesiastico seu alia persona seu personis, neque ad conficiendum inventarium de premissis, nec etiam ad prestandum aliquam satisfactionem pro ipsis bonis, quia de legalitate, fide, probitate et integritate predicte domine Domicelle valde confidit predictus magnificus dominus Octavianus et quam predictam magnificam dominam Domicellam ad predicta omnia fecit, constituit et esse voluit suam exequitatem et commissariam. Item predictus magnificus dominus Octavianus illa omnia nomina debitorum tantum que sibi pervenerint, seu predicte magnifice domine Domicelle exequitici et dispensatrici ut supra

per eum ut supra constitute, in electione seu divisione facienda// de ipsis nominibus debitorum et seu commertii vel societatis alias facte inter predictum magnificum dominum Octavianum, ex una, et Mapheum, Franciscum et Antonium, eiusdem Maphei filios, de Griphonibus, ex altera, ex debitoribus dicti commertii, salvis legatis per ipsum magnificum dominum testatorem factis, ut infra, infrascriptis Joanni Baptiste, filio quondam domini Joannis Antonii de Vicomercato, et filie maiori nubili domini Vincentii de Vicomercato, ac salvis legatis et ordinatis in infrascripto proximo sequenti capitulo, iure legati amore Dei et pro salute anime sue, reliquit equaliter et equis portionibus fabricis ecclesiarum Sancte Marie matris Domini, monialium ordinis predicatorum, et Sancti Bernardini, ordinis minourum, terre Creme. Item, salvis premissis et infrascriptis, predictus magnificus dominus Octavianus testator iussit, voluit et ordinavit quod predicta magnifica domina Domicella, uxor sua, exigere et consequi possit a suprascriptis de Griphonibus et ab aliis, qui pro eis tenerentur, et in eorum bonis ultra dicta nomina debitorum, ut supra, legata et ultra legata facta dicto Joanni Baptiste et filie nubili dicti domini Vincentii de Vicomercato ut infra, ac salvis et reservatis ipsis legatis, omne et totum creditum dicti domini Octaviani quod ipse habet contra dictos de Griphonibus ex causa commertii et societatis, de qua infrascripto capitulo, et quod supererit ultra dicta nomina debitorum et legata dicti Joannis Baptiste et filie nubilis dicti domini Vincentii cum facultate, tamen, et baylia ac auctoritate eidem domine Domicelle concessa et attributa et quam sibi concessit et attribuit possendi et quod possit, si sibi videbitur et placuerit, de dicto eius credito, necnon de ipsis nominibus debitorum ipsi magnifico domino testatori et seu eidem magnifice domine Domicelle exactrici, ut supra, in partem obventis et spectantibus, salvis semper legatis predicto Joanni Baptiste et filie maiori nubili dicti domini Vincentii de Vicomercato factis, facere illam remissionem et relaxationem que sibi videbitur et pro ut sibi placuerit. De qua quidem remissione et relaxatione predicti domini fratres Sancti Bernardini, Sancte Catharine et moniales Sancte Marie matris Dominis contenti esse debeant nec contravenire possint, sed ex dictis nominibus debitorum solummodo habere et consequi possint id quod supererit post dictam factam// remissionem per ipsam dominam Domicellam. Illud autem residuum dicti crediti commertii et societatis predicte quod ipsa domina Domicella exigat et consequet ut supra, salvis ut supra et quod supererit, facta dicta remissione per dictam dominam Domicellam, si eam facere voluerit, et non facta si nullam voluerit facere, erogetur et erogari debeat ab ipsa domina Do-

micella in usus pios et inter pauperes Christi Creme et eius territori vel ibi habitantes amore Dei et in remedium anime ipsius magnifici domini Octaviani, et de qua etiam remissione, si illam per predictam dominam Domicellam fieri contigerit, predicti pauperes Christi contenti esse debeant et nequeant contravenire; et quam dominam Domicellam in premissis commissariam et exequiticem fecit et esse voluit; que domina Domicella pro talibus exactionibus, erogationibus et remissionibus cogi non possit ad reddendam rationem aliquam et ut supra per ipsum magnificum dominum testatorem in superioribus capitulis huius testamenti ordinatum est.

Item predictus magnificus dominus testator voluit et ordinavit quod predicta magnifica domina Domicella consors sua, possit, valeat, debeat et pro iuribus teneatur petere, exigere et consequi omnia credita que predictus magnificus dominus testator habet contra dominos fratres prefate domine Domicelle et quemlibet eorum quavis causa, occasione, ratione, via iure et modo, et dicta credita deinde teneatur erogare inter pauperes Christi Creme eiusque territorii seu ibi habitantes, et seu in aliquos usus pios dicte terre et territorii Creme. Cui domine Domicelle pro huiusmodi exactione et erogatione per eam ut supra faciens prefatus magnificus dominus testator dedit et concessit auctoritatem et omnimodam potestatem pro ut ipse magnificus dominus testator potest, posset et potuisset et eidem, vigore quorumcumque iurium suorum, de iure actio contra eos et quemlibet eorum spectat et competit: et quam etiam dominam Domicellam ad predicta omnia exequiticem et commissariam fecit et constituit; et que pro premissis non possit cogi neque molestari pro ut supra in precedentibus legatis et ordinationibus fit mentio et scriptum legitur.

Item predictus magnificus dominus Octavianus, amore Dei et in remedium anime sue, iure legati reliquit liberationem omnibus massariis partiariis magnificantie sue et masariis partiariis tantum in loco Azani magnifici equitis et iuris utriusque doctoris domini Sermonis de Vicomercato, filii quondam magnifici domini Joannis Petri, ac etiam domini Joannis Petri moderni, filii quondam magnifici domini Marci Antonii olim predicti magnifici domini Joannis Petri antiqui, ac Ferrario suprascripti loci Azani de et pro omni et toto eo, de et pro quo tenentur et// obligati sunt ipsi magnifico domino testatori quavis causa, occasione, ratione et modo. Item predictus magnificus dominus testator iure legati reliquit et seu iure institutionis de bonis suis predicto magnifico domino Sermoni libras decem imperialium.

Item iure legati predictus magnificus dominus Octavianus reliquit omni-

bus et singulis qui erunt famuli et famule ipsius domini testatoris tempore mortis sue et cum eius magnificantia saltem steterint per menses sex seu quinque, libras viginti quinque imperialium de bonis ipsius domini testatoris pro quolibet et qualibet eorum et earum, eisdem et cuilibet eorum et earum dandas primo anno post obitum predicti domini Octavianii ultra salario eis et cuilibet eorum et earum debitum.

Item predictus magnificus dominus Octavianus iure legati reliquit Fabiano Valotte famulo suo, ultra legatum eidem factum et quibusunque famulis et famulabus sue magnificantie ut in precedenti capitulo legitur, usum et usumfructum perticarum viginti octo vel circa terre iuris predicti domini testatori iacentis in curia Farinati districtus terre Creme infra suos confines, quas terras hic pro expressis haberi voluit, et hoc toto tempore vite ipsius Fabiani. Qui etiam Fabianus, si cum predicta magnifica⁽⁶⁾ domina Domicella, uxore predicti magnifici domini Octavianii, pro famulo stare voluerit, ab ea habere possit et debeat victum et vestitum iuxta conditionem dicti Fabiani toto tempore famulatus sui absque alia mercede et salario; et quas perticas viginti octo vel circa terre prefatus magnificus dominus testator iure legati reliquit monialibus ecclesie Sancte Clare terre Creme post earum finitum usum et usumfructum dicti Fabiani.

Item iure legati predictus magnificus dominus Octavianus reliquit Joanni Baptiste, filio quondam domini Joannis Antonii dicti Brunetti de Vicomercato, ducatos trecentos auri ex credito capitalis quod predictus magnificus dominus Octavianus habet contra Mapheum, Franciscum et Antonium, patrem et filios, de Griphonibus causa societatis seu committii alias⁽⁸⁾ inite seu initi inter predictum magnificum dominum testatorem et dictos de Griphonibus.

Item predictus magnificus dominus Octavianus iure legati et ex credito capitalis sui contra predictos de Griphonibus, ut in proximo precedenti capitulo legitur, reliquit filie maiori nubili domini Vincentii de Vicomercato, dicti Sbardelati, libras centum imperialium eidem dandas pro se maritando et quum nupserit Deo vel mundo.

Item predictus magnificus dominus Octavianus testator iure legati reliquit liberationem// domino Bartholomeo filio quondam domini Dominici de Vicomercato de libris ducentis imperialium et pluribus seu paucioribus de et pro quibus ipse dominus Bartholomeus tenetur predicto magnifico domino Octaviano causa mutui (ut dixit). Item iure legati predictus magnificus dominus Octavianus reliquit Christoforo Contutio, dicto Chito, usum et usumfructum perticarum quindecim terre amane parte in pertia una terre vocata «Lachade» iuris ipsius domini testatoris iacente in

curia Torlini districtus terre Creme infra suos confines; et hoc quounque idem Christoforus vixerit. Item, iure quo supra, predictus magnificus dominus Octavianus reliquit de bonis suis libras centum imperialium quibuscumque filiabus quondam domini Nicolai olim domini Jacobi de Vicomercato, eisdem et cuilibet earum et pro quaque earum dandas quum nupserint Deo vel mundo.

In omnibus vero et singulis ac quibuscumque aliis suis bonis, rebus, iuribus ac actionibus, ubi vis sint, iaceant et reperiantur, predictus magnificus dominus Octavianus testator, salvis premissis et infrascriptis et sine eorum preiudicio, sibi heredes universales instituit et ore proprio nominavit dominum Joannem Petrum, filium quondam magnifici domini Marci Antonii olim predicti magnifici domini Joannis Petri antiqui de Vicomercato, et dominos Marcum Antonium, Octavianum et Ludovicum, fratres, filios magnifici equitis et utriusque doctoris domini Sermonis olim predicti magnifici domini Joannis Petri antiqui de Vicomercato, equaliter et equis portionibus in capita. Ita tamen quod dictus dominus Joannes Petrus, ante partem, habeat et consequat, ac habere et consequi debeat, ducatos mille auri in bonis stabilibus hereditatis ipsius magnifici domini Octaviani testatoris, in quibus ducatis mille auri ante partem predictus magnificus dominus Octavianus testator eundem dominum Joannem Petrum sibi heredem instituit et ore proprio nominavit, cum onere et gravamine quod tam predictus magnificus dominus Sermo quam dicti heredes ipsius magnifici domini testatoris, tam instituti quam substituti ut in presenti instrumento legitur, eorumque filii et descendentes, ac heredes et successores, seu ille aut illi ex eis ad quem seu quos, post obitum ipsius magnifici domini Octaviani testatoris, spectarent et pertinerent seu spectabunt et pertinebunt hereditas et bona predicti quondam magnifici domini Nicolai de Vicomercato, seu ipsius hereditatis et bonorum portio, teneantur et debeant esse taciti et contenti legato usus et ususfructus in et super dictis hereditate et bonis predicti domini Nicolai, seu eorum portione, predicte magnifice domine Domicelle per ipsum// magnificum dominum Octavianum testatorem ut supra relict, et seu qui in et super dictis bonis et hereditate et seu eorum portione relictus sit et existat. Et loco dicti usus et ususfructus qui eidem domine Domicelle in et super dictis hereditate et bonis seu eorum portione predicti domini Nicolai relictus sit et existat, taciti et contenti sint et esse debeant usu et usufructu seu gaudimento possessionis terrarum et bonorum loci Torlini districtus^(h) Creme iuris predicti magnifici domini testatoris. Et quem usum et usumfructum et seu gaudimentum dicte possessionis terrarum et bonorum loci Torlini, iuris dicti domini testatoris, predictus magnificus dominus

Octavianus testator, eo casu, loco dicti usus et ususfructus, eidem domine Domicelle, ut supra, relict super bonis et hereditate, seu ipsorum bonorum et hereditatis portione dicti quondam domini Nicolai de Vicomercato, reliquit et relinquit illi seu illis, ut supra, ad quem seu quos post obitum ipsius magnifici domini Octaviani testatoris hereditas et bona, seu ipsius hereditatis et bonorum portio predicti quondam domini Nicolai, spectarent et pertinerent et seu spectabunt et pertinebunt; et hoc durante usu et usufructo eidem domine Domicelle ut supra et pro ut supra relichto, et donec et usque quo dictus usus et ususfructus, ei ut supra relictus, durabit.

Et casu quo predictus magnificus dominus Sermo et seu predicti ipsius domini Octaviani testatoris heredes, tam instituti quam substituti, ut in hoc testamenti instrumento legitur, eorumque filii et descendentes, ac heredes et successores, et seu ille aut illi ex eis ad quem vel ad quos post obitum ipsius magnifici domini testatoris spectarent et pertinerent, seu spectabunt et pertinebunt hereditas et bona predicti quondam domini Nicolai, seu ipsius hereditatis et bonorum portio, ut supra, taciti et contenti esse nollent seu nollet usu et ususfructu legato eidem domine Domicelle et seu non permitterent seu permitteret, vel permittere nollent seu nollet ipsam utifru et gaudere toto tempore vite sue predictis bonis et hereditate, seu eorum portione, dicti domini Nicolai in et super quibus usus et ususfructus ipse sibi relictus sit et existat, tunc et eo casu predictus magnificus dominus Octavianus testator, ultra per nam privationis hereditatis sue infrascriptis heredibus suis institutis ac substitutis ac predicto domino Sermoni contravenientibus, et seu illi vel illis eorum, qui contraveniret et contravenirent, impositam, de qua infra et pro ut infra, voluit et ordinavit ac vult et ordinat quod predicta magnifica domina// Domicella habeat et consequatur tantumdem usus et ususfructus in et super totidem aliis bonis predicti magnifici domini testatoris, in et super quibus usus et ususfructus aliquis relictus non est, ita et taliter quod dicta domina Domicella reintegretur ad dictum usum et usumfructum in et super ⁽ⁱ⁾ bonis et hereditate predicti domini testatoris in toto seu in parte, pro ut in toto seu in parte et utifru prohiberetur bonis et hereditate predicti quondam domini Nicolai, in et super quibus, seu eorum portione, dictus usus et ususfructus predicte domine Domicelle relictus est et seu relictus existat. Et hoc quia firme et enixe voluntatis predicti domini testatoris fuit et est ut predicta domina Domicella pacifice et quiete gaudeat et utifruat integro usu et usufructu sibi pro ut supra relichto. Et ita, eo casu, predictam magnificam dominam Domicellam sibi heredem instituit et ore suo nominavit in usu et usufructu totidem alio-

rum bonorum, iuris predicti magnifici domini Octaviani testatoris, in et super quibus ipsi domine Domicelle usus et ususfructus aliquis relicitus non est, toto tempore vite sue. Et hoc servante predicta magnifica domina Domicella vitam vidualem, et caste et honeste vivente, et lectum et honorem dicti viri sui custodiente, et augmentum dotis sue et seu eius supradotem, ut supra, durante dicto usu et usufructu et donec et usquequo dictus usus et ususfructus, ei ut supra relictus, durabit, non exigente ac cum oneribus et gravaminibus, ac modis et forma, ac in omnibus et per omnia, prout supra legitur, ac in legato et institutione usus et usufructus ipsi domine Domicelle. facto et facta superius continetur et descriptum est, et cum derogationibus statutorum et aliarum legum et provisionum in contrarium disponentium ut supra et prout supra¹⁾.

Item cum his onere, lege, conditione et gravamine quod dictus dominus Joannes Petrus eiusque filii descendentes et heredes ac successores nihil unquam petere, habere et consequi possit seu possint a predicto magnifico domino Sermone ac dictis eius filiis descendantibus et heredibus ac successoribus nec in eius seu eorum bonis, nec eum, vel eos molestare in iuditio aut extra vigore aut occasione donationis per predictum magnificum dominum Sermonem facte in quandam magnificos dominos Ludovicum, Marcum Antonium et Gabrielem, fratres suos ac filios dicti quandam magnifici domini Joannis Petri et de qua rogatum dicitur instrumentum a quandam domino Stephano de Blanco notario Creme seu alio notario anno mense et die in eo contentis ad quod// rellatio habeatur; ac vigore seu ratione illorum ducatorum mille auri quos idem dominus Sermo habuit ab ipsis dominis fratribus suis seu aliquo vel aliquibus eorum ex causa dicte donationis, a quibus quidem ducatis mille auri idem dominus Joannes Petrus eiusque filii descendentes, heredes et successores eundem dominum Sermonem eiusque filios descendantes, heredes ac successores in totum liberare et absolvere teneantur et obligati sint; ac vigore et occasione aliorum instrumentorum que dependentiam habeant ab ipsa donatione et seu per que donatio ipsa confirmaretur. Et quam donationem predictus magnificus dominus Octavianus testator iussit, voluit et mandavit haberet pro nulla, irrita et revocata vigore chirographi alias scripti manu magnifici comitis et equitis domini Thursardi de Calepio Bergomensis et subscripti per dictos dominos Sermonem, et Marcum Antonium, fratres, ac magnificum dominum Socinum Siccum et dominum Juilium Caballatium vicecollateralem in terra Creme, nec non et vigore presentis testamenti et ultime voluntatis, ita quod vigore dicti chirographi et presentis dispositionis donatio ipsa sit et remaneat nulla, irrita et revocata et pro infecta ac si facta non fuisset; ac ita quod vigore et

virtute dicti chirographi et presentis dispositionis et ultime voluntatis idem magnificus dominus Sermo reintegretur et reintegratus sit et esse intelligatur ad hereditatem paternam dicti quonam magnifici domini Joannis Petris, patris sui, et dictorum dominorum Ludovici et Gabrielis, fratrum suorum, dicta non obstante donatione ac remoto omni obstaculo donationis predicte et hoc etiam non obstante testamento et seu ultima voluntate predicti quandam domini Ludovici ac in eo seu in ea per ipsum dominum Ludovicum dispositis et ordinatis. Quam quidem donationem et testamentum seu ultimam voluntatem predictus magnificus dominus Octavianus testator voluit et ordinavit haberi pro non facta et facto ita quod per illam et illud dictus dominus Sermo non impediatur quin ipse dominus Sermo equaliter succedat et succedere possit cum dicto domino Joanne Petro videlicet quilibet eorum pro una dimidia in bonis et hereditate dictorum quandam dominorum Joannis Petri antiquioris ac Ludovici et Gabrielis, quoniam firma voluntas et intentio ipsius domini testatoris fuit et est quod in dictis hereditate et successione paterna dicti quandam domini Joannis Petri antiquioris, patris sui, ac dominorum Ludovici et Gabrielis, fratrum suorum, servetur equalitas ac equaliter pro una dimidia pro quocumque eorum// ipsi ambo dominus Sermo et dominus Joannes Petrus succedant ac hereditatem seu hereditates ipsas dictorum dominorum Joannis Petri antiquioris ac Ludovici et Gabrielis consequantur et habeant pro dicta dimidia pro quoque eorum, dictis non obstantibus donatione ac dicti domini Ludovici testamento seu ultima voluntate. Et cuius quidem donationis et instrumentorum ac testamenti et ultime voluntatis ac dicti chirographi continentie et dispositionis predictus dominus testator se plene instructum et informatum esse dixit et affirmavit cum hoc tamen onere et gravamine ipsi domino Sermoni imposito et iniuncto quod predictus dominus Sermo remittere teneatur et obligatus sit ipsi domino Joanni Petro juniori, filio et heredi predicti quandam domini Marci Antonii patris sui, legatum illud ducatorum quingenitorum auri per predictum quandam dominum Ludovicum in eius testamento seu ultima voluntate dicto domini Sermoni factum; et quod ipsius legati vigore ab ipso domino Joanne Petro eiusque filiis descendantibus, heredibus et successoribus (...) predictis nil petere, habere aut consequi possint predictus dominus Sermo eiusque filii descendentes, heredes et successores, ac si legatum ipsum factum non fuisset.

Item cum his lege, onere conditione et gravamine quod predictus dominus Sermo ac dicti filii sui, instituti et substituti ut supra et infra, eorumque filii descendentes, heredes et successores, contenti sint et esse debent nec contravenire possint venditioni alias facte per prefatus do-

minos Ludovicum, Marcum Antonium et Gabrielem, seu unum vel plures eorum quondam domino Jacobo de Figatis Creme de possessione, terris, bonis et iuribus Camisani districtus Creme, olim iuris ipsorum magnificorum dominorum Sermonis, Ludovici, Marci Antonii et Gabrielis, fratrum filiorum quondam predicti magnifici domini Joannis Petri antiquioris. Nec ex causa dicte venditionis ac occasionis pretii aut afflictum quod vel qui pervenisset seu pervenissent ad manus dicti quondam domini Marci Antonii, seu alterius aut aliorum pro eo, et ex eius impositione et mandamento ab ipso domino Joanne Petro eiusque filiis descenditibus, heredibus et successoribus quisque petere aut consequi; et quem dominum Joannem Petrum, filium et heredem dicti quondam domini Marci Antonii patris sui, prefatus dominus Sermo ac dicti filii sui, instituti ac substituti ut supra et infra, et eorum filii descendentes, heredes et successores non possint molestare aut inquietare in iuditio aut extra premissorum// occasione neque etiam ab ipso domino Joanne Petro herede ut supra et eius filiis descendantibus, heredibus et successoribus neque in eius seu eorum bonis et hereditate quicquam petere, habere aut consequi possint seu possit occaxione seu ex causa administrationis cuiusvis facte per dictum dominum Marcum Antonium de bonis communibus ipsorum dominorum fratrum, vel dum viverent dicti domini Ludovicus et Gabriel vel post eorum mortem et vel ante ^(m) dictam factam donationem vel post et usque ad obitum predicti domini Marci Antonii: ita quod predictus dominus Joannes Petrus eiusque filii et pro ut supra prefato domino Sermoni et seu dictis eius filiis et ut supra ⁽ⁿ⁾ nullam teneantur reddere rationem administrationis de et pro gestis et administratis per dictum dominum Marcum Antonium, dum viveret, seu per dictum dominum Joannem Petrum post patris obitum seu alios pro eo. Sed dicta administratione contenti sint et remaneant.

Et ita etiam pari modo predictus dominus Joannes Petrus, filius et heres ut supra, eiusque filii descendentes heredesque et successores nil petere, habere et consequi possint aut valeant ab eodem magnifico domino Sermoni et eius filiis descendantibus heredibusque et successoribus de et pro per eum gestis et administratis, si que administratione remaneat vel tempore vite dicatorum dominorum fratrum suorum vel post eorum mortem ^(o).

Item, salvis premissis ac firmis et in robore suo remanentibus superius et inferius per predictum magnificum dominum Octavianum testatorem dispositis et ordinatis, et sine aliquali eorum derogatione quoniam predictus magnificus dominus testator summopere cupit et desiderat ut predicti domini Sermo et Joannes Petrus more bonorum consanguineorum mutuo amoris et benivolentie ac consanguinitatis nexu uniti ac coniuncti

remaneant ac pacifice inter sese vivant. Ideo predictus magnificus dominus Octavianus testator voluit et ordinavit ac iussit et mandavit quod prefati domini Sermo et Joannes Petrus teneantur et debeant sibi mutuo et vicissim facere fines, liberationes, quietationes et absolutiones de et pro omnibus et singulis his que sibi mutuo et vicissim ac alter contra alterum, ac alter in alterius bonis petere, habere et consequi posset seu possent; videlicet dictus dominus Joannes Petrus eiusque filii descendentes, heredes et successores a predicto domino Sermoni dictisque eius filiis descendantibus et heredibus et successoribus// ac in eius et eorum bonis vigore et seu causa et occasione dicte donationis per predictum dominum Sermonem, ut supra, facte, ac vigore seu ratione dicatorum ducatorum mille auri per ipsum dominum Sermonem ut supra habitorum, ac vigore seu occasione dicatorum aliorum instrumentorum ab ipsa donatione ut supra dependentium, et seu per que donatione ipsa confirmaretur ac etiam vigore et seu causa et occasione predicti testamenti seu ultime voluntatis predicti quondam domini Ludovici, atque etiam vigore et ex causa hereditatis et ^(p) successionis hereditatis et bonorum dicatorum quondam dominorum Joannis Petri antiquioris ac Ludovici et Gabrielis, fratrum suorum, quam quidem hereditatem, seu hereditates, predictus dominus testator predictos dominos Sermonem et Joannem Petrum pro dicta dimidia pro quoque eorum consequi et habere ut supra voluit et ordinavit. Ac quoque ratione, vigore et seu causa gestorum et administratorum per ipsum dominum Sermonem, si que per eum ut supra administrata fuissent: prefatus vero dominus Sermo eiusque filii descendentes, heredes et successores a predicto domino Joanne Petro dictisque eius filiis descendantibus et heredibus et successoribus ac in eius et eorum bonis vigore et seu causa et occasione dicatorum ducatorum quingentorum auri per predictum quondam dominum Ludovicum ipsi domino Sermoni ut supra legatorum, ac causa et occasione venditionis predicte ut supra facte quondam domino Jacobo de Figatis de dicta possessione, terris et bonis ac iuribus Camisani, ac ipsius possessionis terrarum, bonorum et iurium pretii et afflictum, ut supra, atque etiam causa et occasione predicte administrationis per dictum dominum Marcum Antonium et seu dictum dominum Joannem Petrum, post dicti domini Marci Antonii patris sui obitum, et alios pro eo ut supra facte quavis causa, occasione, ratione, via, iure et modo quomodocumque et qualitercumque firmis tamen et salvis ac in suo esse et firmitate suique dispositione remanentibus substitutionibus et fideicomisis predicti quondam magnifici domini Nicolai ac dicti quondam magnifici domini Joannis Petri antiquioris de Vicomercato, que et quas ex presenti dispositione et ordinatione non

intendit in finibus ipsis includi, nec ad ea seu eas fines et quietationes ipsas extendere, seu ut se extendant mandare, nec eas seu ea quovis modo alterare sed illas et illa in esse et robore suo, pro ut disposite et disposita sunt, secundum voluntatem dictorum quondam dominorum Nicolai et Joannis Petri preservare voluit et ordinavit, salvoque semper et reservato in esse et robore suo legato seu institutione usus et ususfructus, modo quo supra, eidem domine Domicelle, et cum conditionibus et qualitatibus ac modis de quibus supra⁽⁴⁾ facto seu facta, ac etiam salvis pro ut supra et firmis remanentibus// omnibus et singulis suprascriptis legatis dispositis et ordinatis per ipsum dominum testatorem quibus pro ut supra dictum et scriptum est, derogare non intendit. Que, pro ut disposita et ordinata sunt, firma, valida et stabilia esse voluit et ordinavit ac etiam salvis et reservatis quibusvis acquisitionibus bonorum, quas predicti domini Sermo et Joannes Petrus, aut aliqui pro eis, fecissent. Item, salvis premissis, prefatus magnificus dominus Octavianus testator voluit, statuit et ordinavit ac iussit et mandavit quod, si aliquis seu aliqui ex suprascriptis eius heredibus institutis, et seu dictus dominus Sermo et seu eorum filii descendentes, heredes et successores contraveniret seu contravenirent legatis per predictum magnificum dominum testatorem factis predicte domine Domicelle et seu institutioni in eam facte de usu et usufructu bonorum de quibus supra et auctoritati et baylie circa exactiones, erogationes, liberationes, permissiones, dispensationes ac alia superius respectu ipsius domine Domicelle concesse et attribute, ipsamque dominam Domicellam in premissis vel aliquo premissorum turbaverit et molestaverit ac turbaverint et molestaverint non parendo circa premissa vel aliquod premissorum respectu ipsius domine Domicelle dispositorum, tunc et eo casu et non aliter, illum seu illos sit contravenientem seu contravenientes ex dictis eius institutis heredibus seu eorum filii descendantibus heredibusque et successoribus privavit et privat nomine pe ne portionibus hereditatis predicti magnifici domini testatoris in qua et quibus instituti sunt.

Et tunc et eo casu et non aliter portionem seu portiones ipsius hereditatis talis sic contravenientis seu contravenientium applicavit et applicat et applicari et acquiri voluit et ordinavit alii seu aliis instituto seu institutis dictisque eorum filii et descendantibus et successive aliis substitutis ut infra et pro ut infra non contravenienti et non contravenientibus, et observanti seu observantibus voluntatem predicti magnifici domini testatoris. Et si predictus magnificus dominus Sermo contraveniret voluntati ipsius magnifici domini Octavianii circa dicta legata ipsi domine Domicelle facta, ac circa predicta respectu ipsius domine Domicelle

ordinata, tunc et eo casu predictus dominus testator ultra dictam recompensationem dicti usus et ususfructus eidem domine Domicelle ut supra relictam in et super portionibus hereditariis⁽⁵⁾ bonorum predicti domini testatoris, ex contraventione predicti domini Sermonis nomine pe ne privat et privat predictos filios predicti domini Sermonis eorumque filios descendentes heredesque et successores portionibus hereditatis in quibus dicti eius filii ut supra instituti et ut infra substituti sunt; ac etiam predictum dominum Sermonem pe ne nomine privat et privat omni usu et usufructu sibi// spectante in et supra dictis portionibus hereditariis in quibus dicti eius filii instituti et substituti sunt. Quas et quem applicari et acquiri voluit, ac applicavit et applicat, ipsi domino Joanni Petro eiusque filiis et descendantibus ac aliis successive substitutis ut infra et pro ut infra non contravenienti et non contravenientibus ac premissa observanti et observantibus: necnon omni iure substitutioni de ipso domino Sermone dictisque eius filiis ut infra et pro ut infra facte, quod eidem domino Joanni Petro eiusque filiis et descendantibus ac aliis successive substitutis, ut infra et pro ut infra non contravenienti et non contravenientibus ac promissa observanti et observantibus, applicari et acquiri voluit ac applicavit et applicat. Et si dicti omnes heredes, per ipsum magnificum dominum testatorem ut supra instituti, contravenirent, tunc et eo casu et non aliter voluit et ordinavit dictam eius hereditatem et bona applicari et acquiri aliis heredibus per ipsum magnificum dominum testatorem pro ut infra substitutis congrue reffendo servato ordine substitutionis de qua infra. Eveniente vero casu substitutionis de qua infra, si aliquis seu aliqui ex dictis heredibus substitutis contraveniret seu contravenirent voluntati predicti domini testatoris circa dicta legata ipsi domine Domicelle facta ac circa predicta eius respectu ordinata, tunc et eo casu tales sic contravenientem seu contravenientes privavit et privat pe ne nomine hereditate seu portione seu portionibus hereditatis dicti domini testatoris, in qua seu quibus ipsi substituti sunt et quam seu quas applicari et acquiri voluit alii seu aliis substituto seu substitutis observanti seu observantibus circa predicta voluntatem dicti domini testatoris.

Item, salvis premissis, predictus magnificus dominus Octavianus testator voluit, statuit et ordinavit ac iussit et mandavit quod si predictus dominus Joannes Petrus eiusque filii descendentes heredesque et successores contravenirent vel contravenirent voluntati predicti magnifici domini Octavianii testatoris in agendo et petendo contra predictum dominum Sermonem eiusque filios descendentes heredesque et successores, et seu in ipsum et ipsos molestando ex causa et occasione dicte donationis per

ipsum dominum Sermonem ut supra facte ac dictorum aliorum instru-
mentorum ab ea dependentium et pro ut supra^(s) ac pro illis ducatis mil-
le auri per eundem dominum Sermonem habitis de quibus supra, ac etiam
contraveniendo et molestando eum et eius filios descendentes heredesque
et successores quin habeat et consequatur ac habeant et consequantur di-
midiam partem hereditatis successionis et bonorum predictorum quon-
dam domini Joannis Petri antiquioris ac quondam dominorum Ludovici
et Gabrielis fratum, dicta non obstante donatione ac aliis instrumentis
a// donatione ipsa descendantibus et ut supra, ac etiam non obstante te-
stamento seu ultima voluntate predicti quondam domini Ludovici pro ut
supra per predictum dominum testatorem dispositum est, et seu ex causa
administrationis dicti domini Sermonis pro ut supra dispositum est, tunc
et eo casu et non aliter eundem dominum Joannem Petrum eiusque filios
descendentes heredesque et successores pe_ne nomine privavit et pri-
vat portione hereditatis bonorum dicti domini testatoris, in qua institu-
tus est per predictum magnificum dominum testatorem, ac illam eo casu
et non aliter applicari et acquiri voluit, iussit et mandavit ac vult, iubet
et mandat ac applicavit et applicat predictis filiis predicti domini Ser-
monis institutis et successive substitutis ut infra eorumque filiis et descen-
dantibus ac aliis successive substitutis ut infra et pro ut infra.

Et similiter, salvis premissis, si predictus magnificus dominus Sermo seu
dicti eius filii, aut aliquis vel aliqui ex eis eorumque descendentes, here-
des et successores contraveniret seu contravenirent in petendo legatum
per predictum quondam magnificum dominum Ludovicum eidem domi-
no Sermoni de dictis ducatis quingentis ut supra factum, ac venditioni
predicte per predictos dominos eius fratres seu eorum unum vel plures
facte pre nominato quondam domino Jacobo de Figatis de possessione
predicta, et seu ex causa pretii et afflictum eiusdem possessionis perva-
torum ad manus predicti quondam domini Marci Antonii, aut alterius seu
aliorum pro eo, eiusque impositione et mandato, et seu ex administratio-
ne bonorum per eundem quondam dominum Marcum Antonium facta de
qua supra et seu per dictum dominum Joannem Petrum aut alios pro eo
facta, et ex hoc predictus dominus Sermo, seu dicti eius filii aut aliquis
vel aliqui ipsorum eius filiorum eorumque descendantium, heredum et suc-
cessorum, ipsum dominum Joannem Petrum eiusque filios descendentes
heredesque et successores molestarent vel inquietarent seu molestaret vel
inquietaret, tunc et eo casu et non aliter predictos eius domini Sermonis
filios, seu illum vel illos ex eis eorumque filios descendentes heredesque
et successores sic contravenientem vel contravenientes, pe_ne nomi-
ne privavit et privat portione seu portionibus hereditatis predicti domini

testatoris in qua seu quibus talis sic contraveniens seu contravenientes
institutus et instituti ac substitutus et substituti sunt, ac etiam pe_ne
nomine ex contraventione ipsius domini Sermonis, vel eius filiorum de-
scendentium, heredum et successorum, privavit et privat predictos eius
domini Sermonis filios eorumque filios descendentes heredesque et suc-
cessores portione seu portionibus hereditatis predicti magnifici domini
testatoris, in qua seu quibus per eum instituti et substituti sunt^(t) ac dic-
tum dominum Sermonem omni usu et usufructu qui sibi in et supra dictis
portione seu portionibus hereditariis// dictorum filiorum suorum, eorumque
filiorum descendantium, heredumque et successorum, spectaret. Quam,
quas et quem applicari et acquiri voluit ac applicavit et applicat predic-
to domino Joanni Petro eiusque filiis descendantibus et aliis successive
substitutis ut infra et pro ut infra, necnon omni iure substitutio-
nis de ipso domino Sermone predictis eius filiis ut infra et pro ut infra
facte, quod applicari et acquiri voluit ac applicavit et applicat eidem
domino Joanni Petro eiusque filiis descendantibus ac aliis successive sub-
stitutis ut infra et pro ut infra. Item, salvis premissis, pari modo predi-
ctus magnificus dominus Octavianus testator voluit et ordinavit quod, si
predictus magnificus dominus Sermo et seu dictus dominus Joannes Pe-
trus contravenirent et recusarent velle sibi facere fines, liberationes, quie-
tationes et absolutiones modo quo supra et cum reservationibus de qui-
bus supra, quod tunc et eo casu et non aliter predictus dominus Joannes
Petrus ex eius contraventione pe_ne nomine previrur et ita eum pre-
dictus dominus testator privavit et privat portione hereditatis ipsius do-
mini testatoris in qua institutus est; et eam eo casu et non aliter acquiri
et applicari voluit predictis filiis dicti domini Sermonis institutis et sub-
stitutis ut supra et infra eorumque filiis et descendantibus ac aliis suc-
cessive substitutis ut infra et pro ut infra.

Et simili modo ex contraventione dicti domini Sermonis, et eo casu et
non aliter, pe_ne nomine privavit et privat predictos eius domini Ser-
monis filios institutos ut supra et substitutos ut infra, eorumque filios
descendentes heredesque et successores, portione seu portionibus here-
ditatis predicte in qua et seu quibus ut supra instituti ut infra substitu-
ti sunt, et predictum dominum Sermonem dicto eius usu et usufructu si-
bi in et supra portionibus predictis spectante; quas et quem acquiri et
applicari voluit eidem domino Joanni Petro eiusque filiis et descendantibus
ac aliis successive substitutis ut infra et pro ut infra, necnon dictum
dominum Sermonem dicto iure substitutionis predicte, quod dicto do-
mino Joanni Petro eiusque filiis et pro ut supra acquiri et applicari voluit.
Item cum onere et gravamine quod predictus dominus Sermo eiusque fi-

lii descendentes, heredes et successores teneantur pro una medietate solvere et satisfacere magnifice domine Constantie, uxori quondam predicti magnifici domini Marci Antonii et filie quondam magnifici equitis domini Jacobi de Siccis et dicti domini Joannis Petri matri, dimidiam partem dotis dicte domine Constantie seu portionis dicte dotis, quam constiterit et apparuerit ipsum quondam dominum Marcum Antonium, virum suum, et seu alios eius nomine// habuisse et recepisse a predicto quondam magnifico domino Jacobo patre suo, sive ab aliis eius nomine, pro ipsius domine Constantie dotis seu partis dotis restitutio-ne; et quam quidem dotem, seu dotis portionem, pro dicta medietate predictus dominus Sermo eiusque filii et pro ut supra solvere et satisfacere teneatur et teneantur hoc modo et his terminis videlicet: ducatos centum auri in singulo anno post obitum dicti domini testatoris ad ratam medietatis dicte dotis, seu portionis eiusdem, usque ad completam solutionem dimidie dicte dotis, seu portionis eiusdem. Reliqua autem dimidia dotis, seu portionis dotis, predicte solvatur et seu pro ea satisfiat per dictum dominum Joannem Petrum predicte domine Constantie matri sue his modo et terminis pro ut ipsi ^(u) ambo mater et filius concordes erunt, ita tamen quod in solutione seu restitutione dotis, seu portionis dotis predicte, per dictum dominum Sermonem eiusque filios et pro ut supra facienda non includatur nec comprehendatur aliquod dotis augmentum, aut aliqua supradatos seu contrados, quod vel quas ipse Marcus Antonius quovis modo fecisset seu constituisset eidem domine Constantie uxori sue, quia voluntas ipsius domini testatoris est, respectu dicti domini Sermonis, ut ipse solummodo teneatur ad solutionem seu restitutionem medietatis dotis, seu partis dotis, dicte domine Constantie, quam constiterit et apparuerit ipsum dominum Marcum Antonium seu alios eius nomine habuisse ut supra et pro ut supra; non autem ad aliquod dotis augmentum supradotem seu contradotem ut supra. Et casu quo predictus dominus Sermo dictam medietatem dotis predicte, seu partis eius, in termino vel terminis de quibus supra, eidem domine Constantie non solverit, tunc et eo casu dictam dimidiad dicte dotis, seu partis eius, pro illis terminis seu termino pro quibus seu quo non solverit seu solvere defecerit, consequatur et consequi possit a filiis predicti domini Sermonis institutis et substitutis ut supra et infra. Et cum onere et gravamine quod, si predicta magnifica domina Domicella, uxor predicti magnifici domini Octaviani testatoris, decesserit in termino annorum decem immediate sequentium mortem predicti domini testatoris, dicti heredes universales prediti domini Octaviani teneantur et obligati sint ad illas erogationes ad quas predictus dominus

testator presenti suo testamento et ultima voluntate obligavit predictam dominam Domicellam usque ad decenium ut supra legitur. Et hoc pro tempore sequutro obitum predicte domine Domicelle usque ad finem dicti decenii. Quos heredes suos universales, si in terminis vel ^(v) aliquo eorum limitatis per ipsum dominum testatorem non erogaverint// predicta per ipsum dominum testatorem ut supra erogari ordinata et iniuncta prefate domine Domicelle pro dicto tempore futuro post obitum dicte domine uxorius sue usque ad finem dicti decenii, predictus dominus Octavianus damnavit nomine pe ne ad erogandum du-plum illius quod in dicto termino seu terminis non erogassent.

Et si unus vel plures ipsorum domini Marci Antonii, Octaviani et Ludovici ut supra heredum institutorum quandocumque decesserit seu decesserint sine filio vel filiis maribus aut sine filio vel filiis maribus dicti filii seu filiorum suorum, ac aliorum descendantis seu descendantium, premortui seu premortuorum suorum marium, et de legitimo matrimonio procreatōrum, legitimis et naturalibus et ex sese de legitimo matrimonio procreatīs, tunc et eo casu predictus magnificus dominus Octavianus testator eidem seu eisdem sic morienti seu morientibus vulgariter pupillariter et pro fideicommissum ac alias eo omni meliori modo, iure, via, causa, lege et forma, prout melius et efficacius fieri et esse potest, substituit et ore suo nominavit heredes super viventem seu super viventes ex eis Marco Antonio, Octaviano et Ludovico, vel eorum premortui seu premortuorum filium, unum seu plures mares vel dicti filii seu filiorum suorum ac aliorum descendantis seu descendantium suorum marium et de legitimo matrimonio ex sese procreatōs equaliter per stirpes et non in capita; et si ipsi omnes domini Marcus Antonius, Octavianus et Ludovicus decesserint quando-cumque sine filio vel filiis maribus, aut sine filio vel filiis maribus dicti filii seu filiorum suorum ac aliorum descendantis seu descendantium suorum marium et de legitimo matrimonio procreatōrum premortui seu pre-mortuorum legitimis et naturalibus et ex sese de legitimo matrimonio procreatīs tunc et eo casu predictus dominus testator eisdem sic decedenti-bus vulgariter ut supra et pro ut supra substituit et ore proprio nominavit heredes predictum dominum Sermonem, vel eius premortui filium seu filios mares, vel dicti filii seu filiorum suorum ac aliorum descendantis seu descendantium suorum marium et de legitimo matrimonio procreatōrum, premortui seu premortuorum filium seu filios mares legitimos et naturales et de legitimo matrimonio ex sese procreatōs equaliter per stirpes et non in capita. Et his omnibus deficientibus predictum dominum Joannem Petrum// vel premortui filium seu filios mares, vel dictorum filii seu filiorum ac aliorum descendantis seu descendantium suorum marium et

de legitimo matrimonio procreatorum, premortui seu premortuorum filium seu filios mares legitimos et naturales et ex sese de legitimo matrimonio procreatros substituit et ore suo nominavit heredes vulgariter ut supra et pro ut supra equaliter per stirpes et non in capita.

Si vero predictus dominus Joannes Petrus quandocumque decesserit sine filio vel filiis maribus, aut sine filio vel filiis maribus dictorum filii seu filiorum, ac aliorum descendenteris seu descendenterium suorum marium et de legitimo matrimonio procreatorum, premortui seu premortuorum, legitimis et naturalibus et ex sese de legitimo matrimonio procreatris, tunc et eo casu predictus dominus testator eidem sic morienti vulgariter ut supra et pro ut supra substituit et ore suo nominavit heredes predictos dominos Marcum Antonium, Octavianum et Ludovicum et quoscumque alias filium et filios mares legitimos et naturales et ex legitimo matrimonio procreatros et procreandos a predicto magnifico domino Sermone, vel eorum premortui seu premortuorum filium seu filios mares et alias successive et gradatim descendenterem et descendenteres mares legitimos et naturales ac de legitimo matrimonio ex sese (pr)ocreatros equaliter per stirpes et non in capita. Et his omnibus deficientibus, substituit et ore suo nominavit heredem eidem domino Joanni Petro sic decedenti vulgariter ut supra et pro ut supra predictum dominum Sermonem. Deficientibus vero omnibus⁽²⁾ et singulis suprascriptis institutis et substitutis ac ipsorum institutorum et substitutorum descendenteribus, et descendenterium descendenteribus maribus et de legitimo matrimonio ex sese successive et gradatim descendenteribus, ac ipsorum dominorum Joannis Petri, Marci Antonii, Octaviani, Ludovici et predicti magnifici domini Sermonis et dicti domini Sermonis filiorum marium et pro ut supra nasciturorum linea masculina descendenterium legitimorum et naturalium, et ex legitimo matrimonio procreatorum, tunc et eo casu substituit et ore proprio sibi nominavit heredes vulgariter ut supra et pro ut supra proximiores agnatos masculos quidem legitimos et naturales et de legitimo matrimonio procreatros^(aa) agnationis et parentele predicti domini testatoris equaliter per stirpes et non in capita usque in infinitum absque ulla temporis prescriptione// vel prefinitione. Et insuper predictus magnificus dominus Octavianus testator dictis heredibus suis institutis et substitutis ut supra usque in infinitum et pro ut supra prohibuit et vetuit omnem venditionem, donationem ac alienationem in totum vel in partem omnium et singulorum ac quorumcumque bonorum immobilium iuris dicti domini testatoris; et que bona predictus dominus testator vendi aut donari et seu modo aliquo sive iure directo vel indirecto, sive aliquo quesito colore aut aliter quovis modo alienari noluit sed ut supra vetuit et prohibuit et vetat et prohibit.

Et hoc quia ipsius domini Octaviani testatoris firme intentionis est quod omnia et singula ac que cumque eius bona et hereditas universa stent et remaneant in illos de eius domo et agnatione stipite et parentela et mares descendentes quidem ex linea masculina legitime et de legitimo matrimonio procreatros semper et ut supra in infinitum et imperpetuum ut supra et pro ut supra; volens et mandans ac ordinans ac voluit, mandavit et ordinavit predictus magnificus dominus Octavianus testator quod, si ex dictis heredibus suis institutis et substitutis ut supra et pro ut supra, aliisque extarent filie femine legitime et naturales ac de legitimo matrimonio procreate, filie ipse dotari nequeant ex bonis et hereditate ipsius domini testatoris, sed ex bonis ipsorum heredum institutorum et substitutorum ut supra dotari debeant quum bona mobilia in magna quantitate habeant.

Et in omnibus et singulis casibus dictarum substitutionum predictus magnificus dominus Octavianus testator prohibuit et vetuit, ac prohibet et vetat detractionem falcidie trebellianice et alterius quote partis et portionis cuiuscumque. Et hoc dixit esse suum ultimum testamentum et ultimam voluntatem, quod et quam valere et tenere voluit, iussit, mandavit et ordinavit iure sui veri et ultimi testamenti^(bb) ac ultime voluntatis et dispositionis sue ac in omnibus et per omnia pro ut in prohemio presentis instrumenti scriptum legitur, quibus omnibus et singulis ego Angelus Franciscus Calcinatus apostolica imperialique auctoritatibus Creemensis tabellio collegiatus affui et de eis a predicto magnifico domino Octaviano testatore rogatus instrumentum confeci et in premissorum fidem, robur et testimonium solito tabellionatus signo in margine apposito scripsi.

(S.N.)

NOTE

- a. Segue «Ecclesie» depennato.
- b. Così nel testo qui e altrove.
- c. Così nel testo per «coherentii».
- d. «Testatoris» corregge in interlineo un «constituentis», sul rigo, depennato.
- e. Segue «expressis» depennato.
- f. «Magnifica» depennato sul rigo ma riscritto in interlineo allo stesso modo.
- g. Segue «seu» depennato.
- h. Segue «terre» depennato.
- i. Segue «quibus» depennato.
- l. Viene introdotto a questo punto l'uso di indicare gli «a capo» con un segno di paragrafo angolare ripetuto a margine.
- m. Segue «post eorum».
- n. Da «prefato» a «ut supra» nel margine interno con segno di richiamo.
- o. Da «Et ita etiam» a «post eorum mortem» indicato da segni di paragrafo ripetuti nel margine interno.
- p. «Et» corregge in interlineo «seu», sul rigo, depennato.
- q. Aplografia tra «quibus» e «supra» qui e altrove.
- r. «Hereditariis» aggiunto nel margine interno con segno di richiamo.
- s. Da «ac dictorum» a «pro ut supra» aggiunto a margine con segno di richiamo.
- t. Segue «ad» depennato.
- u. Nel testo «ipsis» con depennamento della «-s» finale.
- v. Segue «termino» depennato.
- z. Segue «omnibus» ripetuto e depennato.
- aa. Segue «procreatos» ripetuto e depennato.
- bb. Segue «nuncupativi et sine scriptis» depennato.

1520, 8 dicembre

Ottaviano del fu Ambrogio Vicomercati stabilisce che i suoi eredi corrispondano a Ludovica figlia del fu Marco Antonio Vicomercati una dote di 600 ducati d'oro da pagarsi in quattro anni con rate annuali. Inoltre, lascia agli eredi disposizione di far celebrare una messa giornaliera all'altare di S. Caterina da Siena in S. Pietro martire e di far costruire per lui un sepolcro marmoreo al detto altare, chiamando Domicella esecutrice per la costruzione di questo sepolcro.

B.C. Laud, Arch. Notarile, rog. Angelo Francesco Calcinati, scaf. 54/b, cas. 83/5 (Istromenti dal 3/1/1519 al 29/12/1520), cc. 14r-v.
(Il codicillo segue il testamento del 5 dicembre, le cui carte hanno la numerazione originale).

Millessimo et inductione predictis, die octavo dicti mensis decembris. Ouum usque ad obitum voluntas nostra mutabilis et ambulatoria existat, ibi predictus magnificus dominus Octavianus de Vicomercato, infirmus corpore, sanus tamen mente et intellectu existens in lecto in cubiculari camera domus pro ut in proxime__ precedenti instrumento legitur, qui de bonis suis nuncupativum et sine scriptis^(a) condidit testamentum rogatum per me notarium infrascriptum nocte precedente diem sextum presentis mensis, sponte et eius certa animi scientia et eo meliori modo, iure, via, forma, causa et lege, pro ut melius de iure potuit, presentes super eius ultima voluntate fecit et condidit codicillos: in primis predictus magnificus dominus Octavianus iure legati reliquit domine__ Ludovice__, filie__ quondam prefati magnifici domini Marci Antonii de Vicomercato, ducatos sexcentos auri dandos eidem post nuptum suum per predictos dominos Marcum Antonium, Octavianum et Ludovicum filios predicti magnifici domini Sermoni tantum heredes per predictum dominum Octavianum institutos pro portionibus ut in ipso testamento continetur in termino annorum quattuor ad ratam singulo anno, et per ipsam dominam Ludovicam compensandos predicto domino Joanni Petro, fratri suo, in dote per eum sibi debita.

Item predictus mangifucs dominus Octavianus amore Dei et pro salute anime__ sue__ iure legati in augmentum elemosine per antecessores suos relicte__ venerabilibus dominis fratribus ecclesie Sancti Petri martiris terre__ Creme__ ordinis predicatorum pro celebrando missam unam quotidie ad altare sancte__ Catharine__ de Senis erectum in dicta eorum eccllesia, reliquit predictis dominis fratribus libras viginti imperialium dan-

das eisdem per heredes predicti domini Octaviani singulo anno post ipsius domini Octaviani mortem usque in perpetuum^(b) absque ulla temporis perscriptione seu prefinitione; qui domini fratres, ultra alias obligationes, teneantur celebrare officium unum mortuorum singulo anno usque in perpetuum et pro ut supra in dicta eorum ecclesia. Praeterea ipse magnificus dominus Octavianus iussit, voluit et mandavit ac ordinavit quod heredes per eum instituti in predicto suo testamento teneantur et obligati sint construi et fabricari facere sepulcrum unum marmoreum ad predictum altare Sancte Catharine constructum in predicta ecclesia Sancti Petri martiris, in quo cadaver suum sepeliri voluit, illius valoris et pretii et in eminenti loco seu humi pro ut videbitur et placuerit magnifice domine Domicelle ipsius magnifici domini Octaviani consorti quam pro dicto sepulcro ut supra construendo fecit et constituit ac esse voluit commissariam et constituit ac esse voluit commissariam et executricem; et cui pro premissis dedit et concessit omnimodam// auctoritatem, potestatem et facultatem disponendi et expendendi de bonis ipsius domini Octaviani. Insuper predictus magnificus dominus Octavianus plenissime confirmavit et hanc suam ultimam voluntatem asseruit esse velle, quam valere voluit et mandavit iure codicillorum vel alterius cuiuscumque ultime voluntatis, qua melius valere potest, et eam ab omnibus et singulis heredibus suis institutis et substitutis firmiter et inviolabiliter observari.

Presentibus ad predicta omnia et singula venerabili domino fratre Dominico de Moris de Crema, et domino fratre Urbano converso de Laude, ambobus dicti ordinis predicatorum, spectabili artium et medicine doctore domino Francisco de Papiensibus Laudensi, spectabili legumdoctore domino Alexandro Amanio, Bartholomeo quondam Zanoni de Maratiis et magistro Joanne Augustino de Ghetiis, dicto de Crottis, civibus Creme testibus idoneis, notis, vocatis et rogatis, necnon domino Joanne Calcinato notario Creme qui pro secundo notario rogatus affuit. Et ego predictus Angelus Franciscus Calcinatus notarius cremensis his affui, rogatusque de eis instrumentum contra et in premissorum fidem conscripsi.

NOTE

- a. «Et sine scriptis».
- b. -n- corretto da -m- mediante depennamento dell'ultima asta; lo stesso intervento si ripete poco sotto sulla stessa parola.